This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

+ *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.

+ *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.

+ *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.

+ *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter `http://books.google.com` durchsuchen.

NOVUS

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Erster Haupttheil

oder

Urkundensammlung zur Geschichte

der

geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg.

Von

Dr. Adolph Friedrich Riedel.

XV. Band.

Berlin.
G. Reimer.
1858

Riedel's

Codex diplomaticus Brandenburgensis.

Sammlung

der Urkunden, Chroniken und sonstigen Geschichtsquellen

für die

Geschichte der Mark Brandenburg

und ihrer Regenten.

Fortgesetzt auf Veranstaltung

des Vereines für Geschichte der Mark Brandenburg.

4 V. 15.

Des ersten Haupttheiles

oder der Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte

funfzehnter Band.

Berlin.

G. Reimer.

1858.

KH

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
547687 A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1901 L

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

Dritte Abtheilung.

Die Altmark.

(Fortsetzung des vierzehnten Bandes.)

Inhalts-Verzeichniß des funfzehnten Bandes.

XI. Stadt Stendal . . . . . S. 1 bis 532.

Jock 2 Mar 1931 (42 vols)

XI.

Stadt Stendal.

I. Kaiſer Heinrich genehmigt die von dem Biſchofe Bernward zu Hildesheim unternommene Stiftung des Michaeliskloſters, im Jahre 1022.

Henricus, gratia Dei Romanorum Imperator ſemper Auguſtus. Quia perpetuo ſancitum eſſe novimus, eccleſias Dei cum perſonis Deo ſervientibus tueri ac ſublimare, regnum quoque noſtrum a Deo nobis conceſſum, et Dei miſericordia jugiter conſervandum, taliter et perſeverare liquet, ſi predicto jugiter ſatisfacere non piget; Cunctis fidelibus ſancte quoque matris Eccleſie filiis, preſentibus ſcilicet et futuris notum eſſe volumus, qualiter vir Venerabilis Bernwardus, Epiſcopus ex oppido Hildenesheim dicto, in pago ſito Aſtfalo, in honore ſancte Marie conſtructo ſuper fluvium Hindriſta, foras murum civitatis preſcripte, in loco quondam ſqualido, feris quoque ſeu brutis animalibus coaptato, edificium quoddam Deo in honore ſancti Michahelis archangeli a fundamento laboravit, partem etiam pro poſſe hucusque peractam conſecravit. Unde celſitudinem noſtram ſecundo jam adiens humillime precabatur, ut predictum ſacellum futurum jamque monaſterium, predia quoque ſive mancipia de ſui queſtus labore ad locum jam dictum contradita, ſeu aliquas poſſeſſiones, quas moderno tempore juſte et rationabiliter poſſidere videtur, cum fratribus ibidem ſub regula ſancti Benedicti Deo famulantibus, ſub tuitionem et mundiburdium regale illa ratione reciperemus, quo monachi eo in loco Deo ſervientes, liberam habeant facultatem electiones facere inter ſe ſi talis aſſit perſona, que condigna videatur, ſive aliunde infra ejusdem Epiſcopii terminos ſicubi inveniatur, Advocationes pariter et ſimilia que eis neceſſaria ſunt omnia cum conſenſu ejusdem loci Epiſcopi diſponere habeant poteſtatem. Nunc ergo quia nos divinitas imperare decrevit minus oblivioni tradentes quod Anteceſſori noſtro Domino videlicet tertio Ottoni nobis quoque hoc temporis fideliter deſervivit, petitionem ſui quam juſtam fore cognovimus non negamus. He decime ejusdem loci, In Nitilaun decimatio, In Laffordi decima, In Sawngon decima, In Hedilenthorp decima, In Berlon decima, In Eginſtide decima, In Eizen decima, In Bernigisrothe decima, In Tosheim decima, In Hundisduri decima. In his vero locis ſunt predia ejusdem Eccleſie cum rebus ceteris ſibi conceſſis: Asheim, Niteloun, Laffordi, Sudenſtide, Smithenſtide, Wingon, Hedilenthorp, Heridishem, Duſunhem, Denniſtorp, Vorden, Winithuſen, Edinhuſen, Alem, Tiereshem

Linnithe, Thornithe; Hec ſunt in pago Aſtſalo et in prefectura Tammonis. Hec vero in prefectura Luidulfi in pago Flenithi: Holthuſen, Seguſti, Pezun, Tcellenſtide, Grafla, Aluzun, Bezzem, Esbike, Remleveshem, Hozingiſſen, Alcfurdi, Thiedereſſen, Halacholdeſſun, Tuiguſte, Suthre, Harliſſen, Heterichesbem. In pago Valothungon: Berevilte, Betenem, Wallenſtide, Megecingeroth, Achem. In pago Aringun: Rethen. In pago Scotelingen in prefectura Ducis Bernhardi: Hundisduri, Hojershem. Item in pago Aſtſalo: Osleveſſem, Hottenem, Wiringe, Heſide, Lutea-Villa, Biſcopesroth, Drothe. In pago Merſtem: Haringehuſen, Limbere, Herdere, Pattenhuſen, Davenſtide, Cobbinghuſen, Netelride, Walesrodhe, Everdeshem. In pago Guddingun: Medele, Sualenhuſen, Oſide, in prefectura Udonis comitis. In pago Liſcha: Remolveshuſen, Dorſtide, Lantwardeshuſen, Eldageſſem, Evergoteſſen, Hermanniggeroth, Wachana, Hermanneshuſen, in prefectura Hermanni Comitis. In pago Logne: Timertha, Lengide, item Lengide, Sueghuſen, Winithuſen, Wilmereshuſen, Bredenbiche, Witmereshuſen, Suen, Pheſe, Rodolveshuſen, Waleshuſen, Woſthelmeshuſen, Dransvelt, Lanclete, Winithi, Redolveshuſen, Beringoteshuſen. In pago Derningon in prefectura Ekberti: Remninge, Cimmenſtide, Mollenſtide, Achem, item Achem, Seinſtide, Tiederezingeroth. Item in pago Derningon in prefectura Luidgeri comitis: Sceninge, Kisleven, Zezingeroth, Wurungon cum Sylva, Alabure, Selzſtide. In pago Northuringon: Badeleven, item Badeleven, Dudulegon, Wermereſthorp, Emmode, Hugendorp, Edelgereſthorp. In pago Ofterwalde in prefectura Marchiſi Bernardi: Latondorp. In pago Belsheim in ipſius prefectura: Bremezhe, Eilerdesdorp, Steinedal. In pago Derningon in prefectura Luidolfi comitis: Biſcopeshuſen, Witisdesbutile, Meinem, Sineſrode, Wilradesbutile, Vordorp, Knipenſtide, Flechtdorp. In pago Gretinge: Mutha. Item Mutha, in pago Muthiwidde. In pago Flutwide, in prefectura Thammonis: Alenhuſen, Eddinkhuſen, Scelhuſen, Wendelingeroth, Hardesheim, Utiſſon, Sirdiſſen, Scelipe, Waditlagun. In pago Tilithe, in prefectura Bernhardi comitis: Dreſpen, Luidinghuſen, Hejenhuſen, Winethun, Bodechiſſun, Iliſun, Aldendorp, Daſchalen, Regilindehuſen, Bennethe. Hic vero numerus Eccleſiarum cum prediis ad ipſas donatas: In Dalheim I, In Oren II, In Sowungen III, In Reinolveshuſen IV, In Dimerthan V, In Lencleren VI, In Everingerode VII, In Daſchalen VIII, In Berevilti IX, In Stemne X, In Leſſe XI, In Tritthithe XII Cum omni decimatione; In Celle XIII cum decimatione. Omnes igitur predictorum locorum manſi non minus quadringenti quinquaginta. Hec vero in pago Aſtſalo, ſcilicet in ipſo loco Hildenesheim, pomerium in orientali parte Eccleſie, vineam in occidentali, ſilvam in ſeptentrione. Poſſeſſiones autem diverſas, que noſtra lingua dicuntur Würdhe, numero XXIII in meridiana parte Eccleſie diverſe locatas. Hec omnia cum eorum pertinentiis, terris videlicet cultis et incultis, mancipiis utriusque ſexus, villis, paſcuis, vineis, pratis, Sylvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis et inviis, exitibus et reditibus, queſitis et inquirendis Ceterisque omnibus, que quomodocunque nominari poſſunt, utilitatibus, in parochiis videlicet ſingulorum, In comitatibus vero ſupradictorum prefectorum, inquibuſque pagis uel territoriis, que idem venerabilis Antiſtes eidem monaſterio contulit, ut nullus judex publicus, nec quislibet ex judiciaria poteſtate, ſive aliquis ex fidelibus, Sancte Dei Eccleſie, vel noſtris, ullo unquam tempore ingredi et irritare preſumat, huius autoritate precepti confirmari volumus. Precipientes ergo jubemus, Eccleſie jam dicte monachis ſub noſtra ammodo defenſione et immunitatis tuitione liceat tranquillitate congrua reſidere, et pro nobis, proque incolumitate noſtre contectoralis, vel regie prolis, Anteceſſoris videlicet noſtri, ſive Succeſſorum, ſeu pro ſtabilitate totius Imperii noſtri, a Deo nobis conceſſi, et ejus clementiſſima miſeratione perpetuo conſervandi, jugiter miſericordiam Domini exorare. Et ne quis ſupergrediatur auctoritatis ſtec donativa, ſive infringere tempore ſuperventuro prevaleat, Scriptis confirmavimus iſtec, Manu

quippe ſubſcribentes propria ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Anno Dominice incarnationis Milleſimo XXII, Actum Werella, in Dei nomine. Amen.

Nach Lauenſtein's Hiſtorie des Bisthums Hildesheim S. 267, und deſſelben Descript. dioc. Hildesheim III, 103.

II. Biſchof Bernward von Hildesheim ſtiftet und dotirt das Michaelisklоſter am Sitze ſeines Bisthumes, am 1. November 1022.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Notum eſſe cupio cunctis eccleſie noſtre filiis immo etiam omnibus Chriſti fidelibus, qualiter ego Bernwardus humilis et indignus hujus ſancte, Hildeneſemenſis eccleſie epiſcopus, divina tactus gratia reatus mei ſuperflua perhorreſcens Deique gratiam concupiſcens, diſtraxi animum in diverſa, quomodo eterne ſatisfacerem miſericordie ſicque remedium mee obtinerem anime. Tandem itaque portum ſalutis inveniens elegi et ſtatui Chriſtum heredem mihi, qui eſſet pars et hereditas mea et requies. Unde ad laudem ipſius et gloriam ejuſque pie matris Marie et ad ſpeciale patrocinium Sancti Michaelis archangeli et omnium celeſtium virtutum, cepi ſumma cum devotione novum edificare monaſterium foris murum civitatis noſtre videlicet ſedis ad aquilonem. Verum ego ſortem nature cunctis incertam ſollicite pertimeſcens ac ne prolixitate tanti operis mea ſpe in agendis divinis forte tardarer nimis aut negligerer, feci feſtinato et conſumavi ſacellum quoddam valde ſplendidum prope ipſum monaſterium jactis jam ex aliqua parte fundamentis ipſius baſilice, in honorem ſcilicet Domini et Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti atque ſancte et vivifice crucis perpetueque virginis Marie et Sanctorum, quorum ibi reliquie continentur, ſtatuique ut eſſet baptismale inunctionis et ſepulture non autem ſynodale ſynodus vero ut vel in porticu agatur vel in cimiterio. Coadunatis igitur quibusdam religioſis Chriſto Domino interim ibi ſerviturіs cuncta que habui et ſancto Michaeli me daturum deliberavi tam in auro et argento et multiplici ornatu, quam in prediis et diverſis utilitatibus huic ſacello donec idem monaſterium perficeretur adſignavi. Qūo Dei gratia et magna mei inſtantia honeſtiſſime conſummato et ab humilitate mea cooperante ſpiritu ſancto glorioſe conſecrato, ſtatim ibi ſecundum regulam beati patris Benedicti monaſticii ordinis indidi perſonas: quibus conſecrato in Abbatem venerabili viro Goderammo ea ratione ipſos coadunavi ut ſicut juxta monaſticam normam ſunt a ſeculi actibus alieni, ita eſſent ab omni impedimento ſecularis ſervitii liberi atque ut defuncto ipſorum abbate, ſi condigna inter eos ſuerit perſona de ſuis, ſin infra noſtri Epiſcōpatus terminos ſeu aliunde conceſſu Domini Heinrici Sereniſſimi Imperatoris ac meo liberam ſibi eligendi patrem habeant facultatem. Pari modo ut ſupra predia ſua ſibi utilem advocatum conſilio ejusdem loci Epiſcopi eligant et inutilem et gravem rejiciant ab eadem imperiali Majeſtate obtinui meaque id auctoritate roboravi. Facta igitur prima ſolemni donatione ſicut in privilegium jam dicti Imperatoris Domini Heinrici ſatis expreſſum eſt et tam ſigillo ipſius quam etiam meo potiori hoc eſt aureo ſigillo ab ipſo videlicet cum aliis pluribus regalis munificentie muneribus mihi dato et jubente ipſo bullato quaſi gemino gladio munitum, dotavi illud pro paupertatula mea conſenſu et conlaudatione legitimi heredis mei videlicet dulciſſimi germani mei Tammonis comitis non minus quadringentis LXVI manſis, decimis X, Molendinis X, eccleſiis autem XIII, cum decimatione et dimidia

in Holthuſen cum XVI manſis que poſtea Imperatoris privilegio monaſterio ſuperaddita eſt. Non utique annumeratis inter has Eccleſias ſancte crucis et beati Martini capellis, quas eſſe clauſtrales confui. Ipſum enim ſacellum vivifice crucis quod feci baptiſmale inunctionis et ſepulture ſicut dudum deliberaveram conſilio Eccleſie mee in monaſterium ita tranſtuli eique incorporavi cum perſonis rebuſque omnibus et cum omni jure ſuo, ut predictus Abbas noſter Goderammus omnesque ſucceſſores ejus curam illam jure perpetuo habeant et quos jufferint de fratribus divina ibi perſolvant, ita duntaxat ut de primitivo jure ſuo tantum retineat quantum conſilio fratrum pro temporum et rerum varietate Abbas decernat. Hic autem numerus Eccleſiarum et hic ſitus earum. In Dalem I, In Horen I, In Sowgon III, In Remolveshuſen IV, In Thimerda V, In Lancrion VI, In Avenigerod VII, In Daſchala VIII, In Berevelte IX, In Stemme X, In Leſſe XI, In Thrithide XII, In Zelde XIII cum decimatione. In Holthuſen dimidia, quam principalis Eccleſie prepoſitus Bodo nomine conſenſu heredis ſui dedit mihi, egoque Sancto Michaeli obtuli. Et he decime ejusdem loci, in Nitelogon, Decima in Lafforde, Decima in Sawgon, Decima in Hedelendorp, Decima in Berle, Decima in Egenſtide, Decima in Ezem, Decima in Berniggerode, Decima in Tholem, Decima in Hundisdure. Porro iſte ſunt curtes ejusdem loci, In Steninge decimalis caſa cum XXX manſis et uno, In Remninge alia cum XI manſis, In Senſtide cum centum familiis et vinea, In Eginſtide XII manſi, In Hundisdure VI manſi, In lutea villa XXX manſis et tres, In Biſcopeshuſen XXXVI manſi, In Kobingenhuſen XV manſi, In Dasla XII manſi, In Hejonhuſen X manſi, In Everdeſſem VIII, In Sualenhuſen X, In Nitelogon XX manſi et unus, In Holthuſen XX, In Rethen XII, Berevelte X et VIII, Betenem VIII, Remolveshuſen XXX, Thimerda curtem cum LXXX manſis et vinea. Harum numerus una de XX. In his vero locis ſunt predia ejusdem Eccleſie cum ceteris rebus ſibi conceſſis. In Eſſem: Nitelogon, Lafforde, Sudenſtide, Smidenſtide, Wingon, Hedelendorp, Herediſſem, Duſunhem, Benneſtorp, Vorden, Winithuſen, Scellenſtide, Grafla, Aluzum, Bizzen, Asbike, Remleveshem, Hozingeſem, Alecfurde, Thierdereſſem, Alacholdeſſem, Tuiguſte, Suthere, Harliſſem, Hedericheſem. In pago Valothungon, Berevelte, Betenem, Wallenſtide, Megencingeroth, Achem. In pago Aringun, Rethem. In pago Scotelingen in prefectura Ducis Bernhardi: Himdisdure, Hogereſen. Item in pago Aſtfalo: Osleveſem, Hottenem, Wiringe, Heſede, Lutea-Villa, Biſcopesroth, Trothe. In pago Merſtem: Haringehuſen, Lembere, Herdere, Pattenhuſen, Davenſtide, Kobbinghuſen, Nitelrede, Waleſrode, Everdiſſem. In pago Guddingen: Midele, Sualenhuſen, Oſithe, in prefectura Udonis comitis. In pago Liſca: Reinolveshuſen, Dorſtide, Landwardeshuſen, Eildageſem, Evergotheſſem, Hermannigeroth, Wachana, Hermanneshuſen, in prefectura Hermanni Comitis. In pago Loghne: Thimerda, Lengede, item Lengede, Suechuſen, Winithuſen, Wilmershuſen, Bredenbike, Witmershuſen, Suen, Heſe, Rodolfeshuſen, Waleshuſen, Woſthelmeshuſen, Dransvelt, Langlere, Winithe, Redolveshuſen, Bergoteshuſen. In pago Derningon, in prefectura Ekberti: Ramnigge, Zemmenſtide, Mollenſtide, Achem, item Achem, Seinſtide, Thiderezingeroth. Item in pago Derningon in prefectura Luidgeri Comitis: Sceninge, Kiffunleve, Zezingeroth, Worungen, cum Sylva, Alabure, Selzſtide. In pago Northuringon: Badenleve, item Badenleve, Dudulegon, Wermerſtorp, Emmode, Hugendorp, Adelegereſtorp. In pago Oſterwalde in prefectura Marchiſi Bernhardi: Latendorp. In pago Belshem in ipſius prefectura Bremezhe: Bilerdeſtorp, Steinedal. In pago Derningon in prefectura Luidolfi comitis: Biſcopeshuſen, Wildesbuttle, Mainum, Sinesrode, Wilradesbuttle, Aldagesbuttle, Vurdorp, Tnipenſtide, Flegthorp. In pago Gretinge: Mutha. Item Mutha in pago Muthiwide. In pago Flutwide in prefectura Thammone: Alenhuſen, Eddinkhuſen, Scelhuſen, Wendelingeroth, Hardeshem, Siradeshen, Sceplice, Wadilogon. In pago Thilithe in prefectura Bernardi comitis: Dreſpen, Lindinghuſen, Hejenhuſen, Wini-

then, Bodekeſchem, Iliſun, Aldendorp, Daſchala, Regelindenhuſon, Bennethe. Omnes igitur predictorum locorum manſi ut predictum eſt non minus quadringenti LXVI. Molendinum primum juxta lucum, in Hildenesheim Aliud, in lutea villa Tertium, in Sualenhuſen Quartum, Lafforde Quintum, Nithelogon Sextum, Achem Septimum et octavum, in Sceninge Nonum, Thimerda Decima. Hec vero in pago Aſtfalo ſcilicet in ipſo loco Hildenesheim: Pomerium in orientali parte Eccleſie. Vineam in occidentali. Sylvam in ſeptentrione. Peſſeſſiones autem diverſas que noſtra lingua dicuntur Würdhe numero XXVI in meridiana parte Eccleſie diverſe locatas. Hec omnia cum eorum pertinentiis, terris videlicet cultis et incultis, mancipiis utriusque ſexus, villis, paſcuis et pratis, vineis, ſylvis et venationibus, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, queſitis et inquirendis ceterisque omnibus, que aut hereditario jure poſſedi aut ſeculari coemtione acquirere potui, exceptis plurimis que altari ſancte Marie in principali Eccleſia contuli, ſcilicet in prediis, coronis aureis, calicibus, candelabris, turibulis, palliis aliisque eccleſiaſticis ornamentis, totum uſibus fratrum per manus advocati mei tradidi Deo et ſancto Michaheli Archangelo pro animabus predictorum Seniorum meorum, Imperatorum et mea omniumque Succeſſorum meorum et eorum, quorum patrimonia adquiſivi, quatenus ſervitores Chriſti ab omni terreno ſervitio liberi, ſub defenſione ac patrociniis Succeſſorum meorum Epiſcoporum premuniti, in pace et miſericordia quieta tempora ducant et in ſalutem viventium beate contemplationi inhereant. Si quis autem, aut mei ordinis Succeſſor aut aliqua ſecularis perſona hoc effringere voluerit et hec tyrannice ſibi uſurpare preſumſerit, gladio verbi Dei a Deo et Sanctis ejus illum ſubmoveo et incumbente ſuper illum omni maledictione careat benedictione ſicque exterminatus a celo et terra partem habeat cum Juda et cum his qui in hereditate poſſident Sanctuarium Dei. Et ut hoc firmum et inconvulſum permaneat Dei gratiam omnis circumſtans plebs exorando ſemper obtinere ſtudeat. Actum in Hildenesheim, Kalendas Novembris, anno incarnationis Domini Milleſimo XXII. Domini autem Bernwardi hujus Eccleſie venerabillimi Pontificis ordinationis anno XXX, Indictione V. Aſtantibus uno Cardinalium videlicet Legato Domini Pape et undecim Epiſcopis una mecum hec banni ſui auctoritate roborantibus. Teſtes horum tota Eccleſia mea cum aliis multis fidelibus. Id eſt Ekkehardus Sclesvicenſis Epiſcopus. Edelgerus, Prepoſitus. Luidwardus, Decanus. Thangmarus. Hildewardus. Swikkerus. Wikerus. Thongmarus. Thadilo. Eido. Thiebaldus. Wikkerus. Bodo. Hareth. Hapus. Wolbrecht. Bernwart. Vebbi. Wino, presbyteri. Wulfarius. Vulcaradus. Wicbertus. Evirhardus. Ellia. Bodo. Wulferius. Thietmarus. Reinwardus. Ben. Osdagus. Diaconi. Rothierus. Symon. Rembertus. Dede. Thiethmarus, Subdiaconi. Benedictus, acolitus. Ilunaldus. Hildewardus. Godeſcalcus. Bodo. Ellia. Rotharius. Edelricus. Wulfarius. Hero. Ernuſt. Thongmarus, comes. Thiatmarus, advocatus. Wolbrecht. Thiethmarus. Poppa. Fridericus. Chriſtoforus. Dede. Xyprianus et multi alii quorum nomina ſcripta ſunt in libro vite. Amen.

Nach Lauenſtein's Hiſtorie des Bisthums Hildesheim S. 261

III. Markgraf Albrecht der Bär stiftet einen Markt in dem Dorfe Stendal und befreiet die Bewohner desselben von Zoll-Abgaben in gewissen Städten seines Gebietes, um das Jahr 1151.

Albertus, divina favente Clemencia Brandenburgensis Marchio, Notum sit cunctis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, qualiter ego Athelbertus, Dei gracia Marchio, in terra dicionis mee, que dicitur Balsmarlant (Balsamerland), forum rerum venalium institui, in propria villa mea, que appellatur Stendale, cum antea competens in terra illa forum non esset, Ubi legem hanc merces suas illuc advenientibus indulgeri placuit, Quatinus a die institucionis hujus exinde per quinquennium thelonei jura nequaqum persolvere cogerentur. Incolas vero memorate ville in urbibus dicionis mee Brandenburg, Havelberg, Werbene, Arneburg, Tanghermunde, Osterburg, Saltwidele et cunctis locis attinentibus, ab omni thelonei exactione in perpetuum absolvimus. Insuper eisdem per omnia justiciam Maghedeburgensium Civium concessimus, cujus, si forte aliquando apud eos executio non valuerit, in Magdeburgensi civitate justiciam suam ipsos exsequi oportebit. Areas supra nominate ville hereditario et libero eis jure concessimus, Quatinus vendendi, et pro arbitrio suo disponendi liberam habeant facultatem, eo, tamen modo, ut censum earundem arearum, quatuor videlicet nummos, annuatim exinde persolvant. Judicialis potestas, prefectura judicii prefate ville Stendale, homini meo Ottoni ex me beneficiali jure obvenit, ubi due partes mihi, tercia vero pars prefato Ottoni, aut heredi ejus, jure debetur. Forum vero, qui illo postmodum inhabitaturi advenient cum incolis primi temporis, tam in aquis quam in pascuis et silvis ceterisque rebus, equa in porcione esse decrevimus. Hujus rei testes sunt: Otto Marchio, Wernherus Comes, Theodoricus de Tangermunde, Syfridus de Arneburg, hominumque et ministerialium meorum quam plures.

Diese merkwürdige Urkunde habe ich nicht mehr im Original ermitteln können. Sie ist hier daher nur wiederabgedruckt aus Beckmann's Beschreibung Thl. V, Bd. I, Kap. II, Sp. 150; Lenz Grafensaal S. 218 und Buchholtz's Gesch. d. Churm. I, 416. NB. Das Document hat kein Datum, gehört jedoch wahrscheinlich dem Jahre 1151 an. Vgl. Riedel's Beschr. der Mark Br. I, S. 117, 118. Der Schlußsatz Forum vero etc. wird wohl dahin zu berichtigen sein: Eorum vero, qui illic postmodum etc. — equam porcionem esse decreuimus.

IV. Der Rath der Stadt Stendal verpflichtet sich, ein von ihm mit großen Mühen und Kosten erlangtes königliches Privilegium der Stadt Salzwedel zuzusenden, so oft diese desselben bedürfen wird, im Anfange des 13. Jahrhunderts.

Discretis et honestis viris dilectis amicis suis Burgensibus in saltwedele Consules de (de) steindale paratum cum sincera dilectione in omnibus seruicium. Commendatum esse volumus tam presentium quam futurorum memorie, quod nos, habito consilio cum burgensibus nostris maioribus, Ad peticionem et ob dilectionem dilectorum amicorum nostrorum burgensium de saltwedele, cum eis tractatum talem habuimus cum promisso, priuilegium, quod a romanorum rege nobis vtile cum diuersis laboribus obtinuimus et cum expensa, quocienscunque illud necessarium habuerint burgenses

de ſaltwedele, omni dubio poſtpoſito ipſis in auxilium jdem priuilegium voluntarie tranſmittemus. Omne igitur dubium, quod forte emergere poſſit jn poſterum, preſenti ſcripto et ſigilli noſtri teſtimonio amputamus.

Nach dem Originale im Salzwedelſchen Archive Fach I, No. 49.

Anm. Die Schreibart und Form der Urkunde läßt dieſelbe in den Anfang des 13. Jahrhunderts ſetzen.

V. Markgraf Albrecht II. befreiet die Stadt Stendal von dem Gerichte der Burggrafſchaft, im Jahre 1215.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Albertus ſecundus, dei gracia Marchio Brandenburgenſis. Quoniam quecunque geruntur ſuperueniente dierum longitudine ab humana labi ſolent memoria, perutile eſt, ut ea, de quorum obliuione oriri poteſt dampnum vel confuſio, literiſ eternentur. Proinde notum eſſe uolumus omnibus tam preſentiſ quam futuri temporiſ fidelibus, quod ad petitionem dilectorum noſtrorum ciuium Stendalenſium et conſulum uirorum prudentum, grauamen, quod idem Stendalenſes pro importunitate Borcgrauii, quem habere conſueuerunt, penitus relaxauimus, ſtatuenteſ, ut in ciuitate deinceps placito et iuri non teneantur ſtare Borcgrauii. Vt autem hoc noſtrum ſtatutum a noſtris heredibus ſiue ſucceſſoribus ratum teneatur et inconuulſum, preſentem paginam, que huius facti certum maneat indicium, exinde conſcribi fecimus et ſigilli noſtri appenſione communiri, Teſtes qui preſentes aderant ſubter notari precipientes, quorum nomina hec ſunt: Fridericus de Haſſele, Albertus de niendorp, Gozawinus de Boizceneborc, Theodericus et Henricus, fratres, de oſterborc, Gerardus de Beliz, Henricus de Stendale, Hermannus de Staſueld et alii quam plurimi. Acta ſunt hec in campo pro Staſueld, anno dominice incarnationis M°. CC°. XV°. indictione tercia.

Nach dem Originale im Stendalſchen Archiv No. 2.

VI. Die Markgrafen Johann und Otto beſchenken die Stadt Stendal mit den Fleiſchbänken, dem Markte ꝛc., am 14. Februar 1227.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Johannes primus, Otto tercius, Marchiones Brandenburgenſes. Magnatum nobilitas ſe liberalem exhibere conſueuit his, qui debite ſeruitutis officio eius honorem ſatagunt promouere. Hac nimirum conſideratione circa dilectos burgenſes noſtros de Stendale habita, ipſis tanquam bene meritiſ, pro eorundem affectu beneuolo, nobis quam ſepiuſ exhibito, uicem rependere cupientes, omnem uſum macellorum noſtrorum carnificum, nec non XIII cameras ſub domo pellificum, et ſi que alie ſunt aliquibus privatiſ perſoniſ iure feudali obligate, dummodo legitima, ſicut expedit, redimantur emptione, conferimus eisdem. Inſuper

et totum forum, quod hactenus commune fuit, ad utilitatem communitatis liberaliter contulimus perpetuo possidendum et in usus sibi utiles conuertendum. Ut autem hec nostra donacio in suo vigore firma maneat et inconuulsa, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt Henricus pincerna, Albertus de Spandowe, Albertus de Niendorp, Henricus de Woldenhagen, Euerhardus de Cremcowe, Cono de Piwelingen, Albertus falie, Halt de Angern, Volcmarus et Rodolfus, fratres, de Rolstede et alii quam plures. Acta sunt hec apud stendale, Anno Dominice incarnacionis M°. CC°. XXVII, XVI Kalend. Marcii.

Nach dem Originale des Salzw. Rathsarchives No. 3.

VII. Document über die Dedication des Altars der Pfarrkirche zu Haffel bei Stendal, vom Jahre 1230.

Anno Incarnacionis Dominice M. CC. XXX. dedicata est hec ecclesia a Domino Wilhelmo, Hauelbergensi Episcopo, consenciente venerabili Domino Friderico, Halberstadiensi Episcopo, continentur relliquie Johannis baptiste, Nycolai episcopi et conf., Marie Magd., Godehardi episcopi conf, Stephani prothomart. et aliorum Sanctorum.

Nach Beckmann's Beschreib. d. a. O. Sp. 264, aus einem im Altare der alten Kirche ehedem befindlich gewesenen Pergamentstreifen.

VIII. Die Markgrafen Johann und Otto geben den Gewandschneidern zu Stendal Innungs-Artikel, am 15. Mai 1231.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc literam inspecturis salutem et omne bonum. Acta presentis temporis deperire solent in futurum, nisi debito literarum subsidio confirmentur. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos Johannes et Otto, Marchiones Brandenburgenses, nostre ciuitati stendale secundum honestiora prospicere cupientes, Jura fratrum gilde et illorum, qui incisores panni actenus nuncupatur, actenus in nostra ciuitate stendal observata, in melius immutavimus et immutamus, ita videlicet, quod ipsi eadem super hoc jura obseruent que fratres, gilde et incisores panni in Magdeborch actenus obseruare consueuerunt. Sunt autem hec iura ipsorum: Nemo presumat incidere pannum, nisi consorcium habeat nostre fraternitatis, qui autem hoc infregerit, gilde per tria talenta emendabit. Ter in anno debet esse colloquium fratrum, et quicunque ad hoc non venerit, secundum iusticiam emendabit. Quicunque nostram fraternitatem intrare voluerit, cujus pater confrater noster fuerit et pannos inciderit, cum amicis suis

ad colloquium fratrum veniet: et ſi honeſte ſe geſſerit, ad primam petitionem cum quinque ſolidis conſorcium fratrum poterit adipiſci, et magiſtro ſex denarios dabit et ſi inhoneſte uel bene ſe non geſſerit, differri debet ad ſecundum colloquium et ad tercium. Quicunque autem de civibus noſtris intrare voluerit, ſi probus homo ſit et honeſtus, talentum ad introitum fratribus preſentabit et magiſtro ſolidum unum. Si vero hoſpes aliquis homo probus fraternitatem noſtram habere decreverit, ad introitum Gilde triginta ſolidos dabit, et magiſtro decem et octo denarios. Tempore autem nundinarum, id eſt fori annualis, quilibet hoſpes, dummodo de opere non ſit, incidere pannum poterit toto foro illo perdurante. Quicunque autem Burgenſium noſtrorum de officio intrare voluerit, officium ſuum abjurabit, et ad introitum gilde marcam auri ſub gracia fratribus preſentabit et magiſtro decem et octo denarios. Quicunque fratrum pannos in domo ſua parare conſvevit, et illos more aliorum vendere aut incidere ſolet, aut ceſſet, aut fraternitatis ſue expers erit. Quicquid vero due partes fratrum decreverint facere, tercia pars omnino debet conſentire; quod ſi noluerit, per tres ſolidos quilibet emendabit, et ad proximum colloquium eos perſolvet. Quolibet anno unus magiſter et quatuor alii boni viri, qui rebus gilde preſint, fideliter eligentur. Quicunque autem iſtis inſtitutionibus contrarius fuerit, et magiſtro et fratribus ſecundum iuſtitiam obedire noluerit, ipſius contumacia debet ſuperioris judicio refrenari. Vt autem hec noſtra inſtitucio in ſuo vigore perhenniter valeat permanere, et ne quisquam ſub poteſtate noſtra conſtitutus ipſam infringere preſumat, preſentem paginam inde conſcribi et ſigilli noſtri appenſione juſſimus inſigniri. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Hinricus de ſtendal, Guntramus notarius, Canonicus in Stendal, Nicolaus paruus, Jordanus Marſilius, Burgenſes in Stendal, et alii quam plures fide digni. Actum anno domini M°. CC°. XXXI°. indictione tercia, idus Maii.

Nach einer Copie vom Jahre 1328, im Gildebuch des Stend. Raths-Archives No. 58.

IX. Des Raths zu Stendal Innungs-Geſetze für die dortigen Tuchmacher, vom 4. Februar 1233.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis. Conſulef de Stendale omnibus hoc ſcriptum inſpecturis ſeruicium. Ab humana cicius elabitur memoria, quod nec ſcripto nec uoce teſtium eternatur. Commendatum igitur eſſe uolumus tam preſencium quam futurorum memorie, quod conſilio prius habito cum quibusdam Burgenſibus noſtris maioribus et cum officialibus, hoc modo decreuimus, quod quicunque burgenſium noſtrorum officio texendi uti uoluerit, unum ſtamen*) habere debet, vel tantum duo, et in poſſeſſione ſua ponat, et de quolibet ſtamine tref ſolidos ad introitum fraternitatis perſoluat. Si vero infra tempus preſixum hos denarios non perſoluerit, et poſtmodum hoc officium habere decreuerit, non niſi cum viginti tribus ſolidis poterit adipiſci. Quicunque hoc conſorcium fraternitatiſ non habuerit, ipſi nequaquam licebit pannoſ comparare. Quicunque autem confrater pannoſ comparaverit contra inſtitucioneſ fratrum et ipſorum decretum, quod de conſilio conſulum habere debent, pro tali maleficio talentum ad emendacionem conſulibus preſentabit vel officio ſuo ad unum annum carebit. Si vero aliquis cum falſo panno deprehenſus fuerit, pannus comburetur publice, immo ipſe auctor ſceleris, ſecundum iuſticiam emendabit. Quicunque autem

alienus hoc officio uti uoluerit, primitus ciuilitatem acquiret, et poſtmodum conſorcium fratrum cum viginti tribus ſolidis intrabit. Si vero alicuius officialis**) heres officium patris habere decreuerit, ad introitum fratrum treſ ſolidos perſoluet. Volumus eciam, ut quilibet confrater pannoſ ſuos ſiccet, ubi optinere poſſit. Concedimus eciam ut quicunque hoc officium primitus habuerit, ſi forte inſtrumentum ponere non poſſit, in alterius ſtamine pannoſ comparet et operetur. Quicunque eciam uxorem duxerit, cujus maritus hoc officium habuerit, fraternitatem iſtam cum tribus ſolidis intrabit. Et omnis, qui hoc officium eſt habiturus, in preſencia conſulum recipiet. Quicquid autem de emendacionibus collatum fuerit et de introitu fratrum receperint, totum cedet in uſus civitatiſ et eſt conſulibus preſentandum. Ut autem hoc factum noſtrum ratum et ſtabile permaneat, litteram iſtam inde ſcribi fecimus et ſigilli noſtri robore firmari. Datum anno dominice incarnacionis M°. CC°. XXXIII°., II°. non. februarii. Huius inſtitucionis ſunt Conſules: Giſelbertus de Cimiterio, Bernardus, Euerardus, Teodericus, Baruot, Ezcelus longus, Wilhelmus ſclauus, Hartung de ſandowe, Johannes puer, Arnoldus ſapiens, Arnoldus de foro, Hinricus rence.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 4.

*) Ueber dem Worte stamen ſteht von gleichzeitiger Hand geſchrieben tov.

**) Ueber officialis ſteht von gleichzeitiger Hand confratris.

X. Papſt Gregor IX. verbietet Allen, welche keine Minoriten ſind, ſich einer ähnlichen Tracht zu bedienen, am 13. Dezember 1240.

Gregorivs, epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis Generali miniſtro et fratribus ordinis fratrum Minorum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quia confuſio habitus ſepe confuſionem inducit ordinum et etiam animorum, auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, vt nulli, ſiue ſit in religionis ordine vel extra ordinem conſtitutus, habitum veſtrum aut ita conſimilem, quod propter eum frater Minor credi poſſit, deferre liceat abſque mandato ſedis apoſtolice ſpeciali. Ceterum ut dicta inhibitio maiorem conſequatur effectum, ſtatuimus ut hii, qui habitum veſtrum vel ſibi predicto modo conſimilem deferre preſumpſerint, ad deponendum ipſum per dioceſanos locorum, cum a nobis requiſiti fuerint, monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compellantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, Idus Decembris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Nach dem Originale im archivaliſchen Nachlaß des St. Annenkloſters in Stendal.

XI. Die Markgrafen Johann und Otto treten der Stadt Stendal ihre Rechte in dem dortigen Kaufhause ab, am 21. April 1243.

In nomine sancte et individve trinitatis, Johannes et Otto, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Temporum mobilitas et humane memorie instabilitas exigit, ut ad notitiam posterorum gesta precedentium commissa commaneant, ne per obliuionem, que inimica solet esse posteritatis, argumenta veritatis obliterentur et dubii questio generetur. Hinc est, quod constare volumus omnibus, tam presentibus quam futuris, quod Nos dilectis burgensibus nostris de Stendal, quorum usibus semper intendere volumus studiose, conferendum duximus quicquid juris habuimus aut proprietatis in theatro Stendal, ut idem theatrum in usus suos rediguant et conuertant ac proprietatis titulo possideant in eternum, ea parte theatri excepta, qua Bodo de Wusterbusch nobis adhuc existit pheodaliter obligatus, cuius etiam partis proprietatem sub nostri titulo dominii decreviuus retinendam. Ne igitur super hac donatione nostra dubietatis scrupulus possit in posterum suboriri, presentem paginam super hoc conscriptam sigillorum nostrorum appensionibus cum testium subscriptione iussimus insigniri, quorum nomina Johannes Gans, Aluericus de Kerkoue et Gerhardus et Ludouicus filii eius, Thetardus de Wustrou, Albertus Valie, Albertus de Redere, Ericus de Gardelegen, Henricus de Stegeliz, Heidenricus Hasardus, Heidenricus Vossardus, Arnoldus de Bodenstede, milites, Johannes de Luneborg, Johannes de Osterborg, Borchardus de Valie, Capellani, Albertus, notarius, et alii quam plures tam serui quam milites tunc presentes. Acta in Stendal, anno gracie M°. CC°. XLIII°. XI. Kal. Maji.

Nach Gercken's Abdruck Dipl. vet. March. I, 1. Dieselbe nicht mehr im Original vorhandene Urkunde ist von Lenz's Br. Urk. S. 39—42 zweimal unter dem 21. April 1242 und 21. April 1243 abgedruckt.

XII. Die Markgrafen Johann und Otto schenken der Stadt Stendal einige Aecker zum Weinbau, am 18. April 1249.

Johannes et Otto, Dei gracia Brandenburgenses Marchiones, omnibus in perpetuum. Quia dilecti Burgenses nostri de Stendal, in nostre deuocionis constancia ferventius ceteris accensi, nobis pro sue modulo possibilitatis fideliter obsequuntur, ad impendendum eis munus gracie specialis crebra eorundem obsequiorum devocio nos inducit. Notum igitur esse cupimus cristi fidelibus vniversis presentibus ac futuris, et presentis scripti testimonio profitemur, quod nos ad instanciam petitionis predictorum burgensium nostrorum de Stendal eidem nostre ciuitati donauimus duos mansos, sexaginta jugera continentes, ante civitatem ipsam sitos, quos ad culturam vinearum, de novella plantacione excolendarum, eidem civitati proprietatis titulo duximus indulgendos, ita duntaxat, quod si quis Burgensium ciuitatis eiusdem partem aliquam eorundem agrorum de novo vinearum redigerit in culturam, hanc ipsam partem siue partes sibi et suis heredibus hereditaria successione nomine sui titulo proprietatis vsurpet. Nos enim agros prememoratos dicte nostre con-

tulimus ciuitati cum omni iuris plenitudine, quod habuimus in eiſdem. Vt igitur hec noſtra donacio inconuulſa permaneat atque firma et ne quis eam heredum noſtrorum in poſterum violare valeat vel mutare, preſentem paginam conſcribi iuſſimus et ſigillorum noſtrorum munimine firmiter communiri. Teſtes fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina ſunt hec: Comes Bèrnardus de Dannenberg, Fredericus de Kare, Johannes de Roſſow, Johannes Gans, Curie noſtre marſcalcus, Gerardus de Kerkowe, Albertus Valie et alii quam plures milites atque ſerui. Datum apud Arneborg, per manum Heinrici, noſtre curie notarii, Anno M°. CC°. XLIX, XIIII Kal. maij, Indict. VII^a.

Nach dem Originale des Stend. Rathsarchives No. 8.

XIII. Papſt Innocenz IV. gewährt den Minoriten das Recht, Jeden, der es wünſcht, in ihren Kirchen zum Begräbniß anzunehmen, am 25. Februar 1250.

Innocentius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Generali et prouincialibus miniſtris et aliis fratribus ordinis fratrum minorum Salutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt et honeſtum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Quapropter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſepulturam eccleſiarum ueſtrarum liberam eſſe decreuimus, ut eorum deuotioni et extreme uoluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaueriut, nullus obſiſtat, Salua tamen iuſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis infringure uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Lugduni, V Kalendas Marcii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nach dem Original im archival. Nachlaſſe des St. Annenkloſters.

XIV. Der Rath zu Stendal gründet die Gilde der Weber, am 13. November 1251.

In nomine ſancte Trinitatis. Conſules de ſteindale omnibus hoc ſcriptum inſpecturis ſeruicium. Acta preſentis temporis ſepius deperire ſolent in futurum, niſi fuerint ſcripto et uoce teſtium ſolidata. Commendatum igitur eſſe volumus tam preſentium quam futurorum memorie, quod nos habito conſilio cum burgenſibus noſtris vniuerſis, qui uocati aderant ad ciuile colloquium, ad petitionem burgenſium noſtrorum illorum, qui funguntur officio texendi, de vnanimi conſenſu hoc admiſimus, ut habeant quandam fraternitatem, que ininge nuncupatur, cum tali iure, ſicut communiter pecierunt, ſicut exprimitur et declaratur. Quicunque hanc non habuerit, ipſi pannoſ parare et illo

uti officio non licebit. Quicunque vero hanc fraternitatem habere decreuerit, cius pater hoc officium habuiſſe cognoſcitur, ad introitum duos ſolidos dabit: inde habebit ciuitas unum ſolidum et ipſi fratres unum. Quicunque hoc officium habere decreuerit, cuius pater hanc fraternitatem non habuerit, tribus ſolidis intrabit: inde habebit ciuitaſ duoſ ſolidos et ipſi vnum. Quicunque hoc officium fraternitatis non intrauerit uſque ad feſtum beati Nicolai, ſi poſtea intrare uoluerit, ſex ſolidis obtinebit: inde habebit ciuitas IIIIor. ſolidos et ipſi duos. Quicunque confratrum confratrem ſuum ad aures percuſſerit, fraternitati V ſolidis emendabit, et ſi percuſſus repercuſſerit, eidem ſententie ſubiacebit et uterque eorum V ſolidis emendabit: inde habebit ciuitaſ dimidiam partem et ipſi dimidiam. Similiter quicunque confrater confratrem ſuum uulnerauerit, V ſolidis emendabit. Dicta pars cedet in uſus ciuitatis et dicta pars in uſus fratrum. Quicunque confrater confratrem ſuum maletractauerit uerbis et leccatorem ipſi dederit, ſi uictus fuerit, confratribus IIIIor. ſolidis emendabit: inde habebit ciuitas duos et ipſi duos. Quicunque pannum parauerit, quod in latitudine XXX filis caruerit, VI denariis emendabit. Si uero LX filis caruerit, ſolidum emendabit: ſex denarios inde habebit ciuitas et ipſi ſex. Quicunque pannum inequalem parauerit, duobus ſolidis emendabit, inde habebit ciuitas I ſolidum et ipſi vnum. Quicunque pluribus quam duobus ſtaminibus ſcilicet Tov pannos parauerit officio ſuo carebit; quod ſi iterato habere uoluerit, X ſolidis obtinebit: inde habebit ciuitas V ſolidos et ipſi V. Quicunque falſum pannum parauerit et fila falſa habuerit, utrumque publice comburetur. Inſuper officium ſuum per hoc perdidit: quod ſi in poſterum habere uoluerit, X ſolidis obtinebit: dicta pars cedet in uſus ciuitatis et dicta pars in uſus ipſorum. Inſuper quicquid ipſis et ciuitati utile et bonum fuerit habeant pro ſuo iure. Omne igitur dubium, quod forte emergere poſſit in poſterum, preſenti ſcripto et ſigilli noſtri teſtimonio amputamus. Conſules huius inſtitucionis ſunt Rubbertus gerleus, Johannes puer, Johannes gerdanci filius, heinricus ſtorm, Teodericus de wegeleue, wilhelmus de Jericho, Gerardus rimſcnider, Weſcelus filius Giſelberti, Godekynus de Icladen, Johannes de Rokence, Engelbertus de ſaltwedele. Item alii burgenſes affuerunt Giſelbertus pellifex, Johannes filius eius, Johannes filius Anſelmi, amelius de angulo, Arnoldus cum lino, Ezcelinus et Rodengerus fratres, Jacobus ſclauus et Adam ſclauus, Antonius ſpotegeile, Cuno de ſanne, heinricus de brunſwich, Teodericus de oſterborch. Item ipſi officiales affuerunt Heinricus de borſtelle, Arnoldus de borch, Teodericus de bodinge, Teodericus de Arneborch, Gerardus meſter, Bernardus de Gardeleue, Teodericus de huzeliz, Hermannes de borch, Fredericus de Wedinge, Wolterus de borch, Johannes de dico, Wolterus minte, Reinerus friſo, Heidenricus de Jericho, Marſilius de Brunſwich. Acta ſunt in ſteindale, Anno M°. CC°. LI°. XIII°. nouembris ſub dominio glorioſorum principum Johannis et Ottonis de brandenborch marchionum.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 6.

NB. Das s am Ende iſt in der Urkunde in der Regel ein langes.

XV. Markgraf Otto befreiet vier dem heil. Geiſt-Hoſpital in Stendal gehörige Hufen Landes von allen Abgaben, am 14. April 1255.

Otto, Dei gracia Brandenburgenſis Marchio, Omnibus preſentem literam inſpecturis Salutem. Cum nos quatuor Manſos ad Hoſpitale Sancti Spiritus in Stendal pertinentes liberos eſſe velimus et liberos dimiſerimus ab omni exactione, precaria et ab omni exactione immunes eſſe velimus, Univerſitati noſtre damus tenore preſentium in mandatis diſtricte prohibendo, ne quis Advocatorum et Pedellorum aut quorumlibet ad hoc deputatorum quicquam ab eis exigere et eos impetere audeat quoquo modo. Datum Stendal, XVIII Kal. Maji, Anno Domini MCCLV.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O., Sp. 122.

XVI. Papſt Alexander IV. beſtätigt dem Minoriten-Orden das Recht, Begräbniſſe zu gewähren, am 15. Mai 1256.

Alexander epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filiis Generali et prouincialibus miniſtris et aliis fratribus ordinis fratrum Minorum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt et boneſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſollicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, ſepulturam eccleſiarum veſtrarum liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni et extreme voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi excommunicati vel interdicti ſint aut etiam publici uſurarii, nullus obſiſtat. Salua tamen juſtitia illarum eccleſiarum, in quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, Idus Maji, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Nach dem Original im archival. Nachlaß des St. Annen-Kloſters in Stendal.

XVII. Papſt Alexander IV. bewilligt den Minoriten das Recht, widerſätzliche und den Orden verlaſſende Mitglieder mit Gefangenſchaft zu ſtrafen, am 28. Dezember 1256.

Alexander epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Generali et prouincialibus miniſtris ac aliis fratribus ordinis fratrum minorum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Prouiſionis noſtre cupimus prouenire ſubſidiis, ut religio noſtra ſemper in melius Deo propitiante proficiat et ſiquid obſtare dinoſcitur ſollicite corrigatur. Vobis itaque, quos in diuini nominis amore uigiles

delectat extirpare uicia et plantare uirtutes, et apoſtatas et inſolentes ueſtri ordinis, niſi ueſtris ſalutaribus monitis acquieſcant, excommunicare, capere ac ligare et carceri tradere, ſi uidebitur expedire, poſſitis, auctoritate preſentium concedimus facultatem, invocato ad hoc ſi neceſſe fuerit auxilio brachii ſecularis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, V. Kal. Januar., pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem Originale in dem archival. Nachlaß des St. Annen-Kloſters in Stendal.

XVIII. Papſt Alexander IV. bewilligt den Minoritenbrüdern für ſich freies Begräbniß, am 3. Januar 1257.

Alexander epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Generali miniſtro et fratribus ordinis fratrum minorum ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ita uobis et ordini ueſtro deferre uolentes, ut non detrahatur iuſtitiis aliorum, deuotionis ueſtre precibus inclinati, auctoritate uobis preſentium indulgemus, ut in locis, in quibus degitis et celebratis diuina, ad opus fratrum ueſtrorum dumtaxat habeatis liberam ſepulturam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, III nonas Januarii, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Nach dem Originale im Nachlaß des St. Annenkloſters.

XIX. Papſt Alexander IV. unterſagt den Auguſtinern, Brüder des Minoriten-Ordens in ihren Orden aufzunehmen, am 5. Februar 1257.

Alexander epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis prioribus et fratribus heremitis ordinis ſancti Auguſtini et ſancti Willibaldi per Alamaniam conſtitutis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Veſtram et ordinum veſtrorum condecet honeſtatem, ut ordinate caritatis ſtudio deſudantes ſuper hiis, que tanquam ingrata nobis et inimica refugitis neminem offendere preſumatis. Hinc eſt, quod nos dilectorum filiorum fratrum de ordine Minorum ſupplicationibus inclinati, univerſitati veſtre per apoſtolica ſcripta in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatenus ſi quos fratres ipſius ordinis abſque ſuorum miniſtrorum petita et obtenta licentia recepiſtis, eidem ordini ſine dilatione et difficultate qualibet reſtituere ſtudeatis. Nos autem ad precludendam viam ſimilia in poſterum preſumendi, auctoritate preſentium diſtrictius inhibemus, ne pretextu quarumcunque literarum a ſede apoſtolica generaliter vel ſpecialiter obtentarum ſeu obtinendarum,

que de prefentibus plenam et expreſſam non fecerint mentionem, in poſterum dicti ordinis fratres profeſſos ſine prefata licentia in ordinibus veſtris aliquatenus admittatis, ac decernentes nihilominus irritum et inane, quicquid per vos contra preceptum et inhibitionem noſtram ſuper hoc contigerit attemptari, eadem auctoritate ſtatuimus ut preſumentes ſcienter contra hùiusmodi preceptum et inhibitionem propria temeritate venire, ipſo facto ſententiam excommunjcatiònis incurrant, a qua non poſſint abſolui, niſi conſpectui ſedis apoſtolice perſonaliter ſe preſentent, ab ea juxta ipſius prouidentiam abſoluendi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre inhibitionis et conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum ejus ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani, Non. februarii, Pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem Orig. im archival. Nachlaß des St. Annen-Kloſters in Stendal.

XX. Papſt Alexander IV. geſtattet den Minoriten-Stiften die Zulaſſung von Lectoren nach Vorſchrift ihrer Ordensregeln ohne anderweite höhere Genehmigung, am 28. März 1257.

Alexander epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Dilectis filiis Generali et miniſtris prouincialibus de-aliis fratribus ordinis minorum Salutem et apoſtolicam benedictionem. Exultante ſpiritu frequenter aduertimus, quod ſtatutus eccleſie generalis per ueſtre predicationis ac doctrine ſalutaris inſtantiam, diuina gratia ſuffragante, multipliciter illuſtratur. Ex hac ſiquidem pia conſideracione procedit, quod nos ad illa omnia eſſe prompti delectamur et faciles, per que uos precones diuini nominis in declarandi fidei ſciencia et roboranda operum diſciplina ueſtri deſiderii ſanctitatem perficere ualeatis. Hinc eſt, quod nos deuotioni ueſtre preſentium auctoritate concedimus, ut ſinguli fratres de ordine ueſtro, quos ſecundum conſtitutiones ipſius ordinis conuentibus ueſtris deputandos duxeritis in lectores, ſine cuiuſquam alterius licencia libere in domibus predicti ordinis legere ac docere ualeant in Theologia facultate, illis locis exceptis in quibus uiget ſtudium generale ac etiam quilibet in facultate ipſa docturus ſollempniter incipere conſueuit. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignacionis omnipotentis dei et beatorum Petri apoſtolorum eius ſe nouerint incurſurum. Datum Laterani, V kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Nach dem Original aus dem Nachlaſſe des St. Annenkloſters.

XXI. Johann, Herr von Mecklenburg, verſichert die Bürger Stendals, welche nach Wismar und ſonſt nach ſeinem Gebiete Handel treiben, für das laufende Jahr ſeines Schutzes, am 5. Juni 1258.

Johanneſ, dei gratia dominuſ magnopolenſis, viriſ honorabilibus et diſcretiſ, Aduocato, Conſulibus ac uniuerſiſ ciuibuſ in Stendal conſtitutis proſperis gaudere ſucceſſibus cum ſalute. Vt id, quod noſtra confirmat auctoritas, non deleat alicujus calumpnie difficultas, volumus uniuerſis, ad quos hec ſcripta deueniunt, eſſe notum, quod nos omnibus, quos de ciuitate Stendal et de illis confinibus ad ciuitatem noſtram Wiſmar et ad alioſ terminos noſtroſ declinare contingerit mercatuſ ſui cauſa diuerſorumque negotiorum occaſione, pacem firmam, fidem inuiolabilem promittimus obſeruare, in veniendo et redeundo, pro noſtre poſſibilitatis effectu. Ne autem alicui cedat in dubium, preſentes literas noſtras tranſmittimus, ſigilli noſtri munimine roboratas, Tantum preſentiſ anni per circulum valituras. Datum in Wiſſemaria, anno gratie M°. CC°. LVIII°., Nonas Junii.

Nach dem Originale im Stendalſchen Rathsarchive No. 9.

XXII. Papſt Clemens IV. geſtattet den Brüdern und Schweſtern des heil. Geiſthoſpitals zu Stendal, in der Capelle deſſelben für ſich und ihre Hausgenoſſen gottesdienſtliche Handlungen vornehmen zu laſſen, am 4. Auguſt 1265.

Clemens, Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis Filiis Rectori, Fratribus et Sororibus Hoſpitalis de Stendal, Halberſtadenſis Diœceſis, Salutem et Apoſtolicam Benedictionem. Veſtris ſupplicationibus inclinati, ut in Capella veſtra Hoſpitalis de Stendal abſque alicujus contradictione Vobis et Familie Veſtre duntaxat poſſitis facere celebrari Divina, ſalvo in omnibus Jure Parrochialis Eccleſie, aliqua Apoſtolice Sedis Indulgentia, per quam effectus preſentium impediri valeat vel differri, nequaquam obſtante, Vobis auctoritate Apoſtolica indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre Conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii, II Non. Aug., Pontificatus noſtri Anno Primo.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 125.

XXIII. Das Franziscaner-Kloster in Stendal verpflichtet sich dem Rathe, außer dem jetzt erworbenen Platze keine Hausstellen mehr zu erwerben, am 26. Juni 1267.

Universis tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis Frater Heinricus Gardianus Stendalensis cum Fratribus sibi commissis Salutem in eo, qui est Salus omnium Salvandorum. Quia Consules Civitatis Stendal pro nobis compatientes affectu clementer annuerunt, quod Partem Aree quondam Domini Ade pro indigentia nostra comparavimus, ob dicti beneficii gratitudinem presentis Scripti munimine protestamur, quod eosdem de cetero pro nullis Areis comparandis vel ampliandis per preces importunas inquietabimus. In cujus rei testimonium presentem litteram Sigilli nostri munimine communivimus. Testes hujus rei sunt: Frater Heinricus Gardianus, Frater Syfridus, Fr. Johannes de Magdeburg, Fr. Heinricus de Luchowe, Fr. Johannes de Croceke, Fr. Nicolaus, Fr. Bertramus, Fr. Heidenricus. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXVII, In die Sanctorum Johannis et Pauli.

Beckmann's Beschreibung a. a. O. Sp. 91.

XXIV. Bischof Otto von Minden sichert den Wohlthätern des heil. Geist-Hospitals zu Stendal für die Bauzeit der Capelle desselben einen Ablaß zu, am 5. September 1268.

Frater Otto, diuina permissione Mindensis Episcopus, Omnibus hoc scriptum uisuris in salutis auctore salutem. Loca sanctorum pia et prompta deuotione sunt a christi fidelibus ueneranda, ut dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles deo reddant et illorum nobis uendicantes quodammodo patrocinium apud ipsum, quod merita nostra non optinent, eorum mereamur intercessionibus optinere. Cupientes ergo ut Ecclesia domus Sancti Spiritus in Stendal, sicut laudabiliter inchoata est, sic perficiatur honeste atque perfecta congruis honoribus frequentetur, omnibus, qui in die dedicationis et anniuersario dedicationis eiusdem Ecclesiam iam dicte domus cum reuerentia uisitauerint et de bonis a deo sibi collatis eidem grata caritatis subsidia ministrauerint, uere penitentibus et confessis, de omnipotentis dei misericordia confisi, dyocesani Episcopi accedente consensu, Quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia relaxamus, Istis post consummationem operis minime ualituris. Datum Minde, Anno domini M°. CC°. LX°. VIII°. Nonis Septembribus.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 10.

XXV. Heinrich, Biſchof von Brandenburg, verkündet denjenigen einen Ablaß, welche das Hoſpital zu Stendal von Steinen erbauen helfen, am 29. September 1268.

Heinricus, dei gracia Brandeburgenſis Eccleſie Epiſcopus, Uniuerſis criſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris in ſalutis auctore ſalutem. Gratiam quam a deo accepimus criſti fidelibus dono gratuito inpertimur. Inde eſt, quod omnibus, qui ad edificationem hoſpitalis in Stendal opere lapideo exſtruendam manus porrexerint adiutrices et nuncios ejuſdem domus benigne ſuſceperint et ad petendum fidelium eleemoſynas in Eccleſia ſeu hoſtiatim liberaliter admiſerint et juverint, XL^{a}. dies de iniuncta ſibi ſuper contritis et confeſſis penitencia auctore Domino miſericorditer indulgemus, hac noſtra indulgencia, ſi conſenſus Dioceſani acceſſerit, uſqve ad conſummacionem operis duratura. Datum Brandeburg, Anno Domini MCCLXVIII, III Kal. Octobris, pontificatus noſtri Anno Quinto.

Nach dem Originale des Stend. Rathsarchives. No. 11.

XXVI. Ludolph, ehemaliger Biſchof von Halberſtadt, und Heinrich, Biſchof von Havelberg, fügen dem Bußerlaß von einem Jahre, den Biſchof Volrad den Wohlthätern des Hoſpitals des heiligen Geiſtes zu Stendal verliehen, jeder noch eben ſo viel hinzu, am 4. October 1268.

Ludolfus, dei gratia Epiſcopus quondam Halberſtadenſis, omnibus hanc literam audituris ſalutem in dominô. Cupientes ut Hoſpitale ſancti Spiritus in Stendale, quod nos in honorem ſanctorum apoſtolorum Pauli et Andree dedicauimus congruis honoribus frequentetur, omnibus Chriſti fidelibus contritis et confeſſis, qui in die dedicationis ipſius Hoſpitalis et in ſeptimana ſancti Spiritus ipſum cum deuotione viſitauerint et eidem manum porrexerint adjutricem, a Domino Volrâdo, Halberſtadenſi Epiſcopo, annus venialium et Karena, a nobis tantum, a Domino Henrico, Hauelbergenſi Epiſcopo, tantum miſericorditer indulgetur. Datum Stendale, anno gratie M°. CC°. LXVIII.°, IV. Non. Octobr.

Gercken's Dipl. I, S. 9.

XXVII. Vergleich zwiſchen dem Domcapitel zu Stendal einerſeits und den Vorſtänden der Stadt andererſeits über die Steuerfreiheit der domherrlichen Curien, vom 7. Januar 1272.

Albertus, dei gratia Decanus totumque Stendalienſis Eccleſie Capitulum omnibus in perpetuum. Quoniam humane actionis exigit infirmitas, ut ea, que tranſitorie geruntur in tempore, pretereunte tempore citius euaneſcant, niſi a lingua teſtium vel ſcripti memoria reci-

piant firmamentum; Notum fieri volumus tam modernis quam poſteris criſti fidelibus uniuerſis, quod nos ex deliberato conſilio pro bono pacis et concordie cum noſtris conſulibus et burgenſibus talem formam inivimus unionis, quod nos decem curias, videlicet aream prepoſiture, curiam Alberti, Decani, curiam prepoſiti Johannis Reppinenſis, curiam Magiſtri Henrici Duſeri, curiam Magiſtri Alberti de Snetlinge, curiam Johannis, plebani, curiam Arnoldi Decwede, curiam Godefredi Flasmengeri, curiam Franconis Scolaſtici, curiam Rudolphi Cellerarii, dotales pro noſtrorum prepoſiti decani et Canonicorum, qui pro tempore fuerint, uſibus liberas et ab omni exactione et jure ciuitatis ſolutas duximus acceptandas, ut nullus ex Scabinis, conſulibus aut burgenſibus aut aliquis de eorum conſilio vel mandato in jam nominatis curiis preſumat aliquid deinceps ſtatuere, diſponere aut aliquo modo ordinare. Sed quoniam de duabus curia nunc prepoſiti Johannis Reppinenſis et de curia Dni: Franconis nunc ſcolaſtici, predicti conſules et burgenſes tempore exactionis ſolebant petere, tamquam iuris eorum eſſent, quatuor ſolidos exſoluendos, dicti conſules et burgenſes tali exactioni omnimode perpetuo renunciarunt. Inſuper tribus curiis ex predictis decem videlicet aree prepoſiture, curie nunc Magiſtri Henrici Duſeri et curie Rodolphi Cellerarii plateam, infra ipſas curias et cemeterium ſitam, Scabini, Conſules et uniuerſitas burgenſium unanimiter addiderunt, ita ut qui dictas inhabitant aut inhabitaturi ſunt curias, ibi edificent, ſicut ſuis uſibus viderint expedire. In reſtaurum vero omnium predictorum manſum unum juxta Niwinkel ſitum, civitatis noſtre paſcuis adiacentem, de quo dicti Scabini, conſules et burgenſes eccleſie noſtre et nobis dederunt decem ſolidos annuatim, ipſis et civitati liberaliter dimittimus et cum omni jure perpetuo poſſidendum, Renunciantes omni iuri, quod in dicto manſo habuimus ad hec tempora aut dinoſcimur habuiſſe, Ita quod nec nos nec noſtri poſteri aliquid iuris in eodem vmquam ſibi preſumant aut valeant vendicare. Preterea ut omnis rancoris inter nos et ipſos materia deſcidatur, cum Scabinis, conſulibus et Burgenſibus convenimus hunc in modum, ſi ad nos et noſtram eccleſiam ex ordinatione teſtamentorum ſeu ex aliquo quocunque caſu hereditates alique infra ciuitatem de iure fuerint deuolute, eas infra annum et diem vendemus, ſi eas aliquis decreuerit emere aut pro pretio comparare. Quod ſi fortaſſe non poſſemus cum emtoribus de pretio conuenire, duobus ex noſtris canonicis et duobus probis viris ex Burgenſibus talium hereditatum taxatio committetur, ut ſub juramenti cautione ſecundum valorem debitum taxent eas et pro tanto ementur ille, ſi eas aliquis voluerit comparare. Alioquin eas eccleſia et domini uſque aliquis emtor comparuerit obtinebunt. Acta ſunt hec Stendale in eccleſia ſancti Nicolai preſentibus viris idoneis clericis et laicis infra ſcriptis, Domino Alberto, Decano, Johanne, prepoſito Reppinenſi, Magiſtro Alberto de Snetlinge, Magiſtro Hinrico Duſero, Arnoldo de Decquede, Johanne, plebano, Godefrido Flasmengero, Lvdero, Franckone Scolaſtico, Rodolpho Cellerario, Canonicis. Domino Johanne de Buk, Aduocato Stendalenſe, Johanne Gerdangi filio, Conone de Sanne, Rodengero, Wezzelino filio Ghiſelberti, Johanne de Rokenze, Jacobo ſclauo, Arnoldo Flasmengero, Engelberto filio Nicolai, Scabinis, Bollone, Renzone, Bernardo de gardelege, Ghiſekino filio Nicolai, Johan[illegible] Ierehowe, Conſulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno gratie mil[illegible] ſecundo, ſeptimo Idus Januarii.

Nach dem Originale des Stendaliſche[illegible] im Stiftsarchive aufbewahrt wurde. iſt B. V, S. 89 mitgetheilt.

XXVIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vereignen dem heil. Geist-Hospital in Stendal vier Hufen Landes in Ostheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur a memoria excidant, que res est fragilis, consueuimus ea literarum testimonio eternare. Notum igitur esse volumus omnibus presentibus et futuris, quod nos ecclesie siue domui constructe in ciuitate Stendalensi in honorem spiritus septiformis contulimus quatuor mansos sitos in villa dicta Hosternen pleno jure proprietatis titulo perpetuo possidendos, quemadmodum nos et nostri predecessores eos hactenus possederunt. Vt autem hujusmodi gratia siue libertas perpetuo perseueret, presentem literam inde scriptam sigillorum nostrorum appensionibus jussimus communiri. Testes hujus rei sunt: Anselmus de Blankenborch, Bertrammus de Benze, Gerhardus de Buceneborch, Beteko de Estede, Georgius de Kercoue, Johannes de Wustrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Nouo Repyn, Anno domini M°. CC°. LXXII°. XV. Kal. Marcii.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 14.

XXIX. Dieselben vereignen dem gedachten Hospital die Kirche zu Ostheeren, am 15. Februar 1272.

Johannes, Otto et Conradus, Dei Gracia Marchiones Brandenburgenses, Omnibus in perpetuum. Ne ea que coram Nobis aguntur a memoria excidant, qúe est res fragilis consvevimus ea literarum Testimonio eternare. Notum ergo esse volumus presentibus et futuris, quod Nos pio ducti affectu Ecclesiam in Hosterne contulimus Domui Sancti Spiritus in Stendale pure et simpliciter propter Deum et ob salutem et recordationem Animarum Patris nostri et Matris et omnium progenitorum nostrorum, in qua pro Animabus priorum et post mortem nostram Nobis singulis septimanis Missa celebrabitur pro defunctis. Ut autem hec nostra Voluntas inviolabiliter et perpetuo perseveret, presentem paginam inde conscriptam Sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Testes huius facti sunt: Bertrammus de Bentze, Anselmus de Blankenborch, Gerhardus de Buiceneborch, Betteco de Ecstede, Georgius de Kercowe, Johannes de Wostrow, Heynricus de Stendale et alii milites quam plures. Datum in Novo Repyn, Anno Domini MCCLXXII. XV. Kal. Martii.

Beckmann's Beschreibung a. a. O., Sp. 122. 123.

XXX. Biſchof Vollrad von Halberſtadt und der Archidiaconus Balſamiens beſtätigen dem Hoſpital zu Stendal die Kirche in Oſtheeren, im Jahre 1272.

Volradus, Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie Epiſcopus, Chriſtianus, Scholaſticus, Archi-Diaconus Balſamie, omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in Domino. Donationem eccleſie in Oſterne, quam illuſtres principes Johannes, Otto et Conradus, fratres, Marchiones Brandenburgenſes, hoſpitali ſancti ſpiritus in Stendale fecerunt, in nomine Domini confirmamus, ſalvo omni jure, quod Archi-Diaconus Balſamie prius in ipſa eccleſia obtinebat, excepto eo ſolo, quod idem hoſpitale ipſius loci Archi-Diacono loco ſynodatici dabit duos ſolidos annuatim. Et ne cuiquam ſuper hoc impoſterum dubium generetur, preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Anno Domini MCC. ſeptuageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri Anno ſeptimo decimo.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 123.

XXXI. Die Markgrafen Johannes, Otto und Conrad verleihen der Stadt Stendal die Zoll-Freiheit zwiſchen der Ucht und Tanger, am 28. April 1275.

In nomine ſancte et individue Trinitatis Amen. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, vniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam viſuris in perpetuum. Ne fluxus temporum ac rerum oblivio abolere poterit, que coram nobis aguntur, conſvevimus ea literarum teſtimonio eternare. Pateat igitur tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum inſpecturis, quod nos de conſenſu dilectorum fratrum univerſorum fidelibus noſtris burgenſibus et conſulibus Stendalienſibus omne theloneum, quod ex parte noſtra et officialium noſtrorum infra Vchtam et Tangeram, excepto theloneo in civitate Tangermunda, uſque ad hec tempora eſt acceptum, liberum relaxamus, et damus tam eis quam omnibus dictam viam tranſeuntibus, de quacunque fuerint terra, quaſcunque duxerint merces, eadem perfrui libertate. Pro tali itaque favore, dictis noſtris Burgenſibus nec non toti terre impenſo, predicti noſtri Burgenſes nobis in plauſtro vini libero animo ſervierunt. Ut autem omnia, que preſcripta ſunt, irrefragabiliter et perhenniter obſerventur, preſentem literam conſcribi iuſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri, adhibitis nihilominus teſtibus ydoneis, videlicet Domino Johanne dicto Gantz, Domino Johanne de Buc, Domino Thiderico de Woſterboſch, Domino Conrado de Quitſow, Domino Johanne de Stegelyz, Domino Redingo, advocato in Tangermunde, Domino Willekino, noſtre curie pincerna, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum Hauelberg, Anno Dominice incarnacionis M°. CC°. LXXV°. quarto Kalend. Maji, per manum noſtre curie notarii Johannis dicti de Brunſwik.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives 15.

XXXII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad beſchenken eine Kirche zu S. (Stendal?) mit einem bebauten Platze, am 9. Auguſt 1276.

Nos Johannes, Otto et Conradvs, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus preſentibus publice profitentes, quod Aream Colonarem, quam Dominus Bernhardus, perpetuus Vicarius eccleſie in S. edificavit ſuis ſumptibus, damus eidem eccleſie liberam quiete, pacifice perpetuo et feliciter dotis nomine poſſidendam. In cujus rei evidens teſtimonium preſens ſcriptum ſcribi juſſimus ſigillorum noſtrorum inpenſionibus roboratum, adhibitis teſtibus, quorum nomina ſunt hec, Albertus, Decanus in Stendal, Magiſter Albertus, prepoſitus in Levenwalde, prepoſitus Bertoldus in Stolpe, Clerici, Bernardinus de Bentz, Fredericus de Ecſtede, Joannes de Stegelitz, Johannes de Buc, Laici, et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno Domini MCCLXXVI, V. Idus Auguſti.

Nach Lenz, Br. Urk. 77. 78., mit der Notiz: „Den vicarium Bernhardum und den Ort S. habe nicht ausfindig machen können."

XXXIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad legen einen Wochenmarkt auf dem Mittwoch zu Stendal an, den 8. Juni 1277.

In nomine ſancte et Individue Trinitatis. Johannes, Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, univerſis hanc literam viſuris in perpetuum. Ne ea, que coram nobis aguntur, ſucceſſus temporis aut rerum oblivio abolere valeat, conſvevimus ipſa literarum teſtimonio eternare. Hinc eſt, quod conſtare volumus tam preſentibus quam futuris, quod civitati noſtre Stendal dedimus et adjecimus quoddam forum, ſcilicet feriam quartam in ſeptimana perbenniter duraturum. Si quis autem auſu temerario ſeductus dictum forum ſeu libertatem ejus infringere aut impedire preſumpſerit, contra talem conſules prefate civitatis judiceſ eſſe debent cum noſtra plenaria voluntate. Si autem in hoc facto deficerent et impotentes eſſent conſules prehabite civitatiſ corrigendo, contra talem impeditorem fori premiſſi conſulum ſupra dictorum erimus adjutoreſ. Vt autem hec omnia recte et inviolabiliter conſerventur, preſens ſcriptum dari juſſimus, ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitum, adhibitis nihilominus teſtibuſ ydoneis, quorum nomina ſunt hec: Johannes de Buc, Johannes de Crochere, Johannes de Irekefleve, Fredericus de Ecſtede, Zabellus de Plawe, Godefridus de Cremin, milites; Burgenſes Stendalienſes: Wezele, Heyno de Roketze, Godefcalcus de Jerichow, Arnoldus Vlasmingerus et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec in Stendal, Anno Domini M°. CC°. LXXVII°. ſexto idus Junii.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 16. Bei Lenz Br. Urk. S. 892 mit der falſchen Jahreszahl 1272.

XXXIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad vergleichen sich mit der Stadt Stendal über Bede- und Dienstforderungen aus Lehngütern ihrer Bürger, am 13. Dezember 1279.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses, omnibus has literas visuris salutem in vero salutari. Ne ea, que aguntur in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, expedit ea poni in linguis testium vel scripti memoria perhennari. Hinc est quod notum facimus uniuersis tam presentis temporis quam futuri, quod cum honestis Burgensibus nostris de Stendal conuentionem talem fecimus de precaria, quam necessitate compellente in bonis eorum feodalibus petiuimus, quod nullam de ipsis perpetuo dabunt precariam nec servicium aliquod facient ab eisdem. Pro eo prefati nostri Burgenses dederunt nobis de choro duri frumenti tres sertones et de talento tres sertones sicut de quolibet frusto duro. Preterea quicquid prefati nostri Burgenses post istam diem bonorum feodalium emerint a nostris hominibus in terra nostra, ab ipsis bonis de quolibet choro duri frumenti tres sertones dabunt et habebunt ea perpetuo libera a precaria et seruitio, sicut superius est dictum. Etiamsi contingeret Burgenses dictos emere a nobis seu a nostris hominibus bona feodalia, quorum collatio ad nos pertineret, et ipsi conuenientiam talem nobiscum facerent, quod ea conferre vellemus, debent ipsi nobis dare de frusto duro quolibet tres sertones, sicut superius prenotatum est, et frui perpetua libertate, sicut superius est conscriptum. Insuper si aliquis burgensis bona sua feodalia vellet alicui Burgensi vendere, non dabit de eis aliquam pecuniam nec seruitium aliquod faciet de eisdem. Istam ergo prenotatam rationem ego Johannes, Otto et Conradus, Marchiones Brandenburgenses, promittimus fide data pro fratribus et pueris nostris et omnibus posteris nostris, ut inconuulsa et inuiolabiliter conseruetur. Testes hujus rei sunt: Dominus Johannes de Yrcsleue, Dns. Beteko de Exstede, Dns. Conradus de Snetlinge, Dns. Zabel de Plawe, Dns. Busse de Kocstede, Dns. Wernerus de Swanberge, Dns. Gherko de Kerkowe, Dns. Arnoldus Volentscher, Dns. Johannes Groppleue, Dns. Dunker, milites. Preterea burgenses Herbordus prefectus, Wezcel, Arnoldus Vlasmenger, Hinricus de Rokez, Johannes de Thuriz, Conradus Hidde, Godeschalcus de Jerchowe, Gherdangus filius Johannis, Ghiso de Schadewächten, Wilhelmus de Mossun, Johannes de Brunswik et alii quam plures fide digni. Vt autem omnia predicta ipsis rata et inuiolabiliter conseruentur et in suo robore permaneant inconuulsa, presentem paginam conscribi iussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri. Acta sunt hec in Stendal, anno Domini M°. CC°. LXXIX, Idus Decembris, in die beate Lucie virginis.

Nach dem Originale im Stendalschen Rathsarchive No. 17.

XXXV. Vogt, Schöppen, Rath und Gemeinde Stendal's erklären sich mit der Verlegung des Stapels von Brügge nach Ordenburg einverstanden, am 29. September 1280.

Omnibus, ad quos presens scriptum peruenerit, Aduocatus, Scabini, consules et commune ciuitatis Stendalienſis salutem in domino. Cum, sicut est notorium, mercatores vniuersi

Flandriam frequentantes in oppido Brugenſi graues et uarias vſque modo ſuſtinuerint iniurias, nec eximi per ullas potuerint occaſiones, Magnificencie G(uidonis), Domini Comitis Flandrie, ipſos mercatores ſuper hiis querulari neceſſitas compellebat: propter quod idem Dominus Comes, auditis et intellectis eorundem querimoniis, ex liberalitate ſue dominationis vna cum oppido Ordenburgenſi contulit priuilegia diuerſarum libertatum et gratiarum mercatoribus vniuerſis, qui cum ſuis nauibus et mercimoniis Ordenburg elegerint amodo frequentare. Quocirca nos, huiusmodi gratias intuentes et clare conſiderantes, quod ibidem in Ordenborg quilibet hoſpites cum aliis hoſpitibus indifferenter et Ciuibus emptiones et venditiones ac contrectationes quarumlibet rerum ſuarum ſub dictis libertatibus libere valeant exercere, duximus acceptandum, vt, quantum in nobis eſt, generalis ſedes et depoſitio mercationum exiſtat in Ordenburg, ſpecialibus nobis frequentationibus aliorum portuum, locorum, Ciuitatum et terrarum reſeruatis, quamdiu tam ipſe dominus Comes, quam Ciues Ordenburgenſes, quam eorum ſucceſſores libertates et gratias ac priuilegia nobis tenuerint prelibata. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo noſtro duximus muniendum. Datum anno domini MCCLXXX Michaelis.

Aus der Lübecker Urkunden-Sammlung I, 870.

XXXVI. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad überlaſſen der Stadt Stendal das Dorf Muſterbuſch, am 6. Januar 1281.

In nomine Domini Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, Omnibus preſentem noſtram paginam viſuris aut audituris ſalutem in domino ſempiternam. Scimus, quod inſtabilis eſt vita hominum ſuper terram, et non eſt niſi quedam ſerenitas hyemalis, que nunc leta triſtibus inmiſcet, nunc enim letis triſtia proconfundit, et propter diuerſos ſucceſſus hominum perimuntur geſta fidelium; Quare decet et expedit, ut fulciantur teſtibus et teſtimonio literarum. Hinc eſt quod uniuerſis Criſtiane fidei profeſſoribus volumus eſſe notum, quod noſtre ciuitati Stendale et Burgenſibus inibi commorantibus contulimus villam Woſterbuſch ſub proprietatis tytulo perpetuo poſſidendam cum agris, lignis, paſcuis, paludibus et pratis, cum metis et cum terminorum diſtinctionibus, cum omni jure, ſicut nos habuimus et poſſedimus dictam villam. In eadem villa in campis et in metis ipſius ville nullus judicium habebit, ſed Conſules ciuitatis Stendale omnia judicanda judicabunt, et ſummum judicium habebunt cum aliis juribus uniuerſis, ſicut nos habuimus in metis et diſtinctionibus dicte ville. Ne ergo ſuper hujusmodi donatione ulli dubium oriatur, ſigillorum noſtrorum appenſionibus roborauimus preſens ſcriptum. Actum Stendale preſentibus plurimis, vt Comite Bernardo de Anehalt, Dno. Wernero de Hadmerſleue, Dno. Conrado de Snetlinge tunc temporis Aduocato, Willekino milite de Kerkou, Betekino de Buziz, Dno. Bernardo de Woſterbuſch, Dno. Nicolao de Elbeke, Dno. Adam prepoſito Stendalienſi. Preſentibus etiam Arnoldo Vlaſſmengero, Hoyero de Mildehouede, Godeſchalco de Jerchow, Conrado Hyddone, Giſelberto Scadewachten, Godino de Sluden, Johanne Storm, Conrado Beringeri, Johanne Clotone, Th. de Wegeleue, Zabel ſutore, Th. Noppowen tunc temporibus

ſitus, Johannes de Gardelegen, Philippus, Conradus parochianus, Reynerus Cellerarius, Albertus de Revelde, Theodoricus de Brandenborch, Martinus de Crochere Canonici; Wezzelinus, Arnoldus Vlasmengerus, Johannes de Thuriz, Conradus Hiddo, Godinus de Sluden, Gervangus, Johann Storm, Godo Denekim, Thidemannus de Wegeleve, Thidemannus Noppowe, Arnoldus de Stendale, Hinricus de Biſmarke conſules, Hinricus de Rokez, Godeſcalcus de Yergow, Ghiſelbertus de Scadewachten, Wilhelmus de Morſum, Baldewinus de Zerwiſt Burgenſes, et alii plures fide digni. Ne iſtius ordinacionis impoſterum alli oblivio oriatur, ſigillorum noſtrorum munimine roboravimus preſens ſcriptum. Actum et Datum Stendal, Anno Domini MCCLXXXIII decimo ſeptimo Kal. May.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 111–114. — Das Original dieſer und der vorherigen Urkunde iſt mir nicht zu Geſicht gekommen.

XL. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen der Marienkirche in Stendal Hebungen aus Belkow, welche Nicolaus und Günther von Gardelegen zu einer Altarſtiftung gewidmet haben, am 18. Mai 1283.

In Nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus audituris has literas et viſuris ſalutem in domino ſempiternam. Cum omnia, que ſunt in tempore, ſimul labantur cum tempore, et de geſtis hominum dura emergat calumpnia, expedit ut ea, que donantur a principibus, robur ſorciantur perpetue firmitatis et literarum teſtimonio eternentur. Inde eſt, quod conſtare volumus univerſis criſti fidelibus tam preſentis temporis quam futuri, et tenore preſencium publice proteſtamur, quod eccleſie ſancte Marie in Stendal obtulimus quinque fruſta duri frumenti ſita in villa Belekow, nec non tria fruſta duri frumenti, ſita in eadem civitate, que a nobis Nicolaus et Guntherus, fratres, dicti de Gardelege, clare memorie, in pheodo poſſederunt, ob ſalutem et remedium progenitorum ſuorum et animarum eorum proprietatis titulo perhenniter poſſidenda, ob cultum divinum ampliandum et ad officiandum altare ibidem per eoſdem conſtructum diebus ſingulis in eccleſia memorata. Pro huiuſcemodi quidem dacione proprietatis triginta quinque marcas argenti recepimus Stendalienſis. Huius altaris collacio ad Decanum et conſules civitatis prehabite pertinebit. Vt autem hec noſtra donacio tam a nobis quam a noſtris ſucceſſoribus inviolabiliter et perhenniter obſeruetur, preſentem cedulam inde confectam conſcribi iuſſimus et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri, Adhibitis nichilominus teſtibus ydoneis, Quorum nomina ſunt hec: Johannes de Brunen, Johannes de Gardelege, Alewardus, Johannes Prepoſitus in Leuenwalde, curie capellani, Thidericus de Oſterborch Dapifer, Johannes de Nowen pincerna, Luthardus de Scriberſtorp, Heinricus de Wardenberch, Johannes et Conradus de Kercow, Buſſo de Cocſtede, milites. Datum in mirica Ratenow, Anno Dominice incarnacionis. M°. CC°. LXXXIII°. XV°. Kal. Junii.

Nach dem Orig. im Pfarr-Archive der Marienkirche in Stendal No. 1.

XLI. Capitel und Rath zu Stendal bekunden die Stiftung und Dotation des Altares Simonis und Judä in der dortigen Jacobi-Kirche, am 25. Januar 1285.

In nomine ſancte et Indiuidue Trinitatis Amen. A. dei gratia prepoſitus Eccleſie Stendalienſis, Jo. Decanus eadem gracia Totumque Capitulum loci eiuſdem, Conſules vniuerſi Ciuitatis eiuſdem, Omnibus preſentem paginam inſpecturis ſeu eciam audituris Salutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus. Cum plerumque geſta hominum per ſucceſſus temporum ſoleant obſcurari, Expediens eſſe dinoſcitur et a ſemita eciam non deuiat rationis, vt ea, que pietatis intuitu conferuntur, per ſcripturarum memoriam et teſtium annotationem robur obtineant perpetue firmitatis. Nos itaque preſentium tenore Recognoſcimus proteſtando, quod honorabiles viri infra ſcripti, accedente noſtro conſilio voluntateque noſtra liberali, ob remedium ſalutare animarum ſuarum ſuorumque progenitorum, Necnon eciam et ut diuinum officium eo glorioſius peragatur, dotauerunt Altare Beatorum apoſtolorum Symonis et Jude in eccleſia Beati Jacobi . . talentis proprietatis tytulo annis ſingulis a ſacerdote, cui predictum altare collatum fuerit acceptandis, eo tamen modo, quod idem ſacerdos obedienta decani, qui pro tempore fuerit, aſtringatur. Idem quoque ſacerdos ad nulla iura parrochialia obligatus erit, niſi propria voluerit voluntate, nec ad baptiſmum nec ad confeſſiones nec viſitaciones infirmorum, ſed ſolum horas ſuas ſeruabit cum plebano in eccleſia et ſingulis diebus infra miſſam plebani dicet tantummodo vnam miſſam, eccleſie parrochie et parrochialibus congruentem, hoc excepto, quod illam miſſam dicet in vigiliis ſanctorum, Quatuor temporibus ſextis feriis et in quadrageſimali tempore hora none, niſi pariam poterit impedire, omnemque fructum, quem in eccleſia pro diuino officio perceperit, plebano ſine diminutione qualibet preſentabit. Memoratus eciam ſacerdos non habebit eccleſiam ita vicinam ciuitati, quod poſſit officiare altare intus et eciam extra, nec per vicarium deſeruiet, ſed in Ciuitate faciet reſidentiam perſonalem. Decanus vero eccleſie Stendalienſis de Conſilio canonicorum et de conſenſu duorum Conſulum, qui a conſulibus dicte Ciuitatis ad hoc fuerint deputati, altare conferet ſupradictum. Quod ſi predictos decanum et canonicos necnon eciam etiam et conſules in vna perſona contigeret minime concordare, Extunc idem decanus aſſumpto vno canonico et duobus conſulibus ſepedictum altare conferre debet cum concordia infra menſem. Dotatores quoque dicti altaris ſunt Walterus ſacerdos, qui addidit partem agri apud ſanctum Petrum ſiti et duos ſolidos in cenſum ob memoriam ſui nec non patris Johannis et matris ſue Jutte et omnium amicorum ſuorum et benefactorum ſuorum. Item Petrus primus plebanus eiuſdem altaris; Jordanus flaſmenger et Gherardus frater ſuus; Conradus hyddo et vxor ipſius heylewigis; filii Herbordi de Biſmarke videlicet Heyno et Franko et Willeko, et Margareta de Oſſemor comparuerunt Ortum ſuper hanepſtad in dotationem altaris iam predicti; Item Johannes filius heyſonis domum cum Curia ſitam in obſtabulo pro ſui et patris heyſonis et matris Ermegardis et ipſius vxoris memoria aſſignauit; Item Johannes de Thuriz contulit ad idem altare V ſolidos annuatim in ortis ante portam arneburgenſem ob memoriam ſui et patris Johannis et matris Aleydis et ſuarum vxorum Beatricis atque Beſte; Item Cono flaſmenger pro ſe et ſue vxoris Margarete et patris ſui Arnoldi et matris ſue Aleydis memoria IXł ſolidos in Haſele et in ciuitate Stendale VI denarios aſſignauit; Item plebanus Eccleſie ſancti Jacobi de Conſenſu Canonicorum eccleſie ſancti Nicolai dabit ſcolari ad prenotatum altare miniſtranti annis ſingulis de oblationibus quatuor ſolidos quaternarium numerum non excedens, Et ſacerdos ipſius altaris dabit dicto ſcolari V ſolidos an-

nuatim de ſua propria penſione. Horum quoque omnium dotatorum memoria et aliorum plurimorum, qui dederunt elemoſinam et adhuc dabunt, In vigilia Symonis et Jude a primo dotationis tempore et deinceps a ſacerdote, qui predictum altare officiauerit, aſſumpto vno ſacerdote vigiliis et duarum miſſarum ſollempniis et duabus candelis duas libras cere continentibus honorifice peragetur. Dotatorum eciam parentum memorie ſuis certis temporibus, prout ſequitur, peragentur. In craſtino Martini erit memoria Johannis et Jutte vxoris eius patris et matris Walteri ſacerdotis. Item vigilia aſcenſionis domini erit memoria wilhelmi patris Petri primi plebani huius altaris. Item in die Coſme et Damiani heyſo pater Johannis emigrauit, Ermegardis vero vxor heyſonis obiit in craſtino ſancte Lucie. Item in die vrbani Arnoldi ſenioris flaſmengeri et Bertradis vxoris ſue anniuerſarium peragetur. Item in vigilia Johannis et Pauli obiit Conegundis prima vxor Gerhardi flaſmengeri, Eliſabeth vero vxor ſua ſecunda obiit in vigilia ſancte Eliſabeth. Item in die ſancti Ignatii obiit Margareta, vxor Cononis flaſmengeri. Item Arnoldus flaſmenger, pater dicti Cononis, obiit in die Pantaleonis matiris, Mater vero eius aleydis obiit in vigilia Symonis et Jude. Item herbordus de biſmarke obiit in die Primi et feliciani, vxor vero ſua heylwigis in vigilia epiphanye ab hoc ſeculo emigrauit. Item Beatrix, vxor Thuricii, obiit in craſtino Annuntiationis domini, Pater vero eius Johannes Thuricius obiit in vigilia omnium ſanctorum. Margareta de Offemore obiit in die Conuerſionis ſancti Pauli. Qui nullius obliuiſcitur, Jheſu criſte, gracioſe memoriam habeat omnium predictorum. Huius ordinacionis teſtes ſunt: Adam prepoſitus, Johannes decanus, Godefridus flaſmengerus, Luderus ſcolaſticus, Bertoldus Stolpenſis prepoſitus, Philippus cuſtos, Conradus parrochianus, Reynerus prepoſitus, Johannes Gardelege, Th. de oſteren, Arnoldus, Albertus, Martinus, Canonici, Godeſcalcus de Jerchow, Bodo de Sluden, Ghiſo de Scadewachten, henneko de Soltwedele, Conradus hidde, Baldwinus de zerwiſt, Gherardus flaſmenger, Th. de wegeleue, Johannes Storm, Arnoldus de Borch, henneko wezzellinus, Jacobus Slauus, Conſules, et alii fide digni. Ne autem ſuper iſta ordinacione laudabili et deuota alicui dubietatis ſcrupulus oriatur, preſentem paginam ſigillorum noſtrorum munimine fecimus communiri. Actum et datum Stendale, anno domini M°. CC°. LXXXV, In die Conuerſionis beati Pauli apoſtoli.

Hinzugefügt iſt noch folgende Notiz:

In vigilia vigilie beatorum apoſtolorum Symonis et Jude Ad veſperas Cuſtos eccleſie ſollempniter altare dictorum apoſtolorum ſummis ornamentis preparabit, duabus eciam candelis poſitis ſuper dictum altare. Veſperis autem dictis in choro plebanus eiuſdem cum ſociis ſuperpliciati ante idem altare incipient ſollempniter Circumdederunt me cum magnis vigiliis et compulſabuntur vigilie cum magnis campanis. Sequenti vero proxima die, que eſt vigilia dictorum apoſtolorum ante inceptionem miſſarum animarum, ſacerdos recitabit nomina dotatorum et benefactorum, vt in ſequenti per ordinem continetur. Et de elemoſinis recitandis, ſi placet ſacerdoti, obmittere poteſt et ſolummodo memorias faciet nominatim, Ita videlicet incipiens: Ad altare Symonis et Jude in eccleſia Santi Jacobi in Stendale Domini Canonici eccleſie ſancti Nicolai dederunt annua in penſione IIII°r. ſolidos. Item Walterus ſacerdos dedit partem agri apud ſanctum petri ſiti et II°s. ſolidos in cenſu pro ſe et patre ſuo Johanne et matre Jutte. Item Johannes, filius heyſonis dedit domum cum orto ſupra Obſtabulum ſoluentem XXXX ſolidos pro ſe et patre heyſone et matre Ermegarde et pro ſua vxore. Item Cono flaſmenger IXI ſolidos in haſele et VI de-

narios in ciuitate Stendal annis ſingulis aſſignauit pro ſe et vxore Margareta et patre Arnoldo et matre Alheyde. Item Johannes Thuricius dedit V ſolidos recipiendos annuatim ex orto ante valuam arneburgenſem pro ſe et patre Johanne et matre Aleide et ſuis vxoribus beatrice atque Beſte. Item Jordanus flaſmenger vendidit ad predictum altare agrum, qui vocatur haaepſtat poſterior pro XXX marcis, ad quem agrum emendum magiſter Petrus, primus plebanus dicti altaris, dedit XX marcas pro ſe et patre ſuo wilhelmo et matre Oden. Item heyno et franko et willeko filii herbordi de Biſmarke et Conradus hyddo et heylewigis, vxor ſua, dederunt duas domos venditas pro VII marcis ad agrum iam dictum perſoluendum pro ſe ipſis et pro herbordo de biſmarke et vxore ſua heylewige. Item Gherardus flaſmengerus dedit III marcas ad eundem agrum perſoluendum pro ſe et patre ſuo arnoldo et vxoribus Conegunda et Elyſabeth. Item Margareta de Oſſemore dedit II marcas ad emendum quinque ſolidos ſingulis annis ad prefatum altare. Eadem dedit Caſulam et tria candelabra et VI ſolidos ad librum miſſale pro ſe et viro ſuo Theoderico. Item Aleydis vxor thuricii ſenioris dedit VII denarios in Cenſum ſingulis annis et dedit V ſolidos paratos pro ſe. Item Aleydis vxor Conradi berengeri dedit II denarios annis ſingulis in cenſum pro ſe et viro ſuo Conrado. Item hermannus longus et vxor eius Aleydis et criſtianus ortulanus et bethekin longi et vxoris ſue elyzabeth. Item Gherardus de Clodene dedit V denarios in cenſum annuatim et denarios in parato pro ſe et vxore ſua Mechtilde. Item Wilhelmus de Ofteren dedit vnam marcam paratam pro ſe. Item heylewigis dedit V ſolidos paratorum denariorum pro ſe. Item Lambertus friſo dedit annulum aureum ad calicem eiuſdem altaris pro anima fororis ſue. Item Eliſabet dedit aureum ad eundem calicem. Item domina Trudo, vxor Stormonis, dedit ad idem altare I marcam et fertonem et X ſolidos pro ſe et dedit talentum pro patre berengero et matre aleyde. Item Eliſabeth Clotonis dedit VIII ſolidos in parato pro ſe et viro eius waltero clot. Item Wendela dedit VI ſolidos paratorum denariorum pro ſe. Item Mechtildis vxor Hagenbardi dedit IIII^{or}. ſolidos paratos pro predicto hagebardo marito eius. Item Alardus cerdo dedit VI ſolidos paratorum denariorum pro vxore ſua Tetha. Item Margareta Stalpardi dedit I ſolidum paratorum denariorum pro viro eius Nicolao. Item Criſtina dedit V ſolidos paratorum pro marito ſuo hermanno de goltbeke. Item Alia criſtina VI denarios. Item Aleidis de Rokez V ſolidos in parato pro Johanne marito eius et duos ſolidos pro ſe. Item hermannus et vxor ſua Hedwigis VI ſolidos. Item Heylewigis pelz dedit lectum vnum ad predictum altare. Alios qui dederunt elemoſinam quere cum ſigno tali: (Signum ſequitur.)

Memoria autem facta et duabus miſſis pro defunctis finitis fient ibidem Commendationes ante altare cum tribus vltimis reſponſoriis et verſibus et tribus oracionibus et ter thurificabitur dictum altare ad quodlibet reſponſorium: prima oratio pie recordacionis affectu. Reſponſ. abſolue deus. Secunda oratio Dominus apud quem mortuorum. Reſp. Dominus eterne Tercia oracio Dominus uite dator. Reſp. Libera me deus pater noſter et Ne nos. Oratio pro fundatoribus. Propitiare domine. Fidelium dominus omnium conditor.

Iſte eſt cenſus Altaris apoſtolorum Symonis et Jude de areis in Stendale et de domibus iſtorum, qui ſequuntur: Area hinrici de biſmarke IIII^{or}. denarios. Clot III denarios. Eliſabeth ſcorkicken IIII^{or}. denarios. Ghereko de Clodene I ſolidum. Theodericus molendinarius VI denarios et parua domus apud eum III denarios. Conradus platenfleger V denarios. Hinricus de Stenvelde VI denarios, Aleidis Conradi berengeri III denarios

Thela vxor hermanni ſutoris II denarios, Hinricus de Burs IIII^{or}. denarios. In parrochia ſancti petri in Noua platea: Johannes de Bellinge IIII^{or}. denarios, Heino Goldeko II denarios, Cono flaſmenger VI denarios. Item jn parrochia Sancti Jacobi: Bolto III denarios de domo ſua, Jutta de oſmor IIII^{or}. denarios de area ſua, Gewardus de goltbeke II denarios pro fratre ſuo, item henneko de ſnakenborcher IIII^{or}. denarios, henricus lupboren'ſis II denarios de area in obſtabulo, Johde calue III denarios de domo apud Jordanum flaſmenger. In parrochia S. Nicolai: Gerardus de vngelingen, qui moratur apud ſemitam in platea lappenbercher II denarios de domo ſua, Gerlingdiſ ante portam arneburghenſem II denarios de domo ſua et II denarios pro filio eius bartholomeo.

Item bartholdus et vxor ſua margareta eciam dederunt elemoſinam.

(Locus ſigni ſupra memorati.) Johannes ſtorm dedit vnum talentum pro ſe. Item Berengerus filius eiuſ dedit X ſolidos pro ſe et pro vxore ſua Margareta. Item heylewigis de Garlip dedit V ſolidos, Item henricus de oſmor et ſoror ſua Jutta dederunt IIII^{or}. denarios ſingulis annis in cenſum. Item Bolto dedit III denarios pro ſe et pro vxoribus ſuis ſcilicet pro Conegunda et Margareta et pro filio ſuo henrico. Item Soror Ana dedit XVIII denarios, item ſoror mechtildis dedit I ſolidum. Item arnoldus et ſoror ſua Geſa dederunt III ſolidos. Item Theodericus molendinarius et vxor ſua criſtina dederunt IIII^{or}. ſolidos. Item Conradus ywain dedit III ſolidos. Item henricus de oſmor dedit II ſolidos. Item Tidemannus Goſlaer dedit III ſolidos. Item Conegundis dedit II ſolidos pro memoria eius. Item Ana de burs dedit III ſolidos ad altare. Item expedire uidetur, quod nomina illorum recitentur, cum aliis qui ſingulis annis dant cenſum ad altare, quia magis prompti erunt ad cenſum ſoluendum. Henricus de goltbeke II denarios. Item margareta Jwani III ſol. Item metta puſilaris III ſolidos.

. . . . . empta eſt in obſtabulo domus cum curia vbi III ſtupa S. Jacobi locata ad altare apoſtolorum Symonis et Jude pro IIII^{or}. marcis et dimidia erga Johannem, filium heyſonis, Soluens XIIII^{or}. ſolidos annuatim. Reſidua vero elemoſina poſita' . . . . . predicti altaris vtilitatem ſcilicet ad edificandum ad faciendas ſepes et foſſas, ad ortum implendum et ad cenſum emendum de aliquibus areis. Et primo anno ſacerdos celebrans ad altare omni ſeptima a feſto Johannis baptiſte uſque ad paſcha habuit XXIII denarios de elemoſina ſupradicta.

Ciues in haſſele communiter tenentur ſoluere annuatim ad altare apoſtolorum Symonis et Jude in eccleſia ſancti Jacobi in Stendale VIII ſolidos in cenſum de paſcuis communibus ſiue de agro, qui vocatur pengels lant. Item prefectus ſpecialiter predicte ville tenetur ſoluere annuatim de agro retro curiam ſuam VI denarios. Item hermannus de fine ſpecialiter IX denarios de prato, Margareta eciam ſpecialiter III denarios de quarta parte prati.

Summa predicti cenſus continet X ſolidos et hunc cenſum ſoluent ſingulis annis in feſto S. Johannis baptiſte.

Nach gleichzeitiger Schrift im Stend. Rathsarchive No. 21.

XLII. Die Markgrafen Otto und Conrad entſcheiden Streitigkeiten zwiſchen den armen und den reichen Bürgern zu Stendal, am 19. Februar 1285.

In nomine Domini Amen. Nos Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandeburgenſes, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum, recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod cum in civitate noſtra Stendal aliqualis mota fuiſſet diſcordia ſuper jure civitatis, diſſentientibus, divitibus ac pauperibus, aliis ſic, aliis (aliter) dicentibus et inſuper coram nobis eiſdem diverſas moventibus querimonias, tandem in nos tanquam in arbitros et veros Dominos hereditarios unanimiter conſenſerunt, promittentes fide media hinc et inde, ut quicquid ordinaremus et ſtatuamus obſervandum in predicta diſſenſione, in perpetuum concorditer obſervarent. Nos igitur habita provida deliberatione fidelium noſtrorum et quorundam conſulum civitatum hoc modo decrevimus ſtatuendum: ut conſules pro predicto anno electi in predicta civitate iſto anno permaneant, et omni autoritate et poſſe fruantur libere, prout ante inceptionem guerre ſive diſcordie utebantur, et deinde anno ſuo finito alios libere eligent juramento preſtito ſecundum conſuetudinem et jus, prout patris noſtri tempore eligere conſueverunt, nullius vocata preſencia, niſi quorum de antiqua conſuetudine fuerit euocanda, ita, quod nulla inconſueta coactio interueniat vel accedat. De Burgenſibus autem, qui feuda poſſident, taliter decrevimus ſtatuendum, ut, quando collecta vel exactio fuerit facienda, quod de dimidietate feudi ſui collectam ſeu exactionem dabunt, reliquam mediam partem tenebunt liberam. Quicquid vero in talibus neglectum eſt, preſentibus ſtatuimus eſſe quitatum, nec deinceps ullatenus repetendum. Quando autem collecta ſeu exactio fuerit facienda, quicquid conſules ſtatuerint, ſolidum de menſa vel amplius, de ante dando, quod vulgo ſonat Vorſcoth, divites ac pauperes equaliter in perſolucione talium ſtare debent. Preterea tam divites quam pauperes in collectione exactionis juramenta preſtabunt, quod ſecundum poſicionem conſulum de omnibus bonis ſuis taxationem mandatam ſolverint, et in nullo amplius gravabuntur, niſi tunc collectores exactionis ſibi voluerint ſecundum eſtimacionem, quam oretenus profeſſi ſunt cum juramento, ſolvere bona ſua, et ſe de bonis ſuis, ſi voluerint, libere intromittent. De vino autem vendendo ita ſtatuimus, ut liberum ſit omni homini tam incole quam advene, ut in quocunque loco voluerint, vendant vina, ita tamen, ut conſules valorem vini eſtiment prius et taxent, et exinde venditor inchoato integro plauſtro duos ſolidos ſolvere tenebitur civitati, nec in amplius gravabitur ullo modo. Ceterum de hys, que ininge vulgo dicuntur, ita ſtatuimus obſervandum, ut in collocucione, que Morgenſprak dicitur, ſtatuta conſulum non impediant, ſed ſi quicquam boni cogitaverint, quod pro ſuis artificiis expediat, ad conſules referant, et ipſorum conſilio et juvamine, ſi utile viſum fuerit conſulibus, ſtatuent et promittent, ita tamen, ut nulla prorſus contra decreta conſulum ordinent vel diſponant. Et ne talis deſolacionis periculum et timor in civitate predicta occurrat, ſtatuimus et mandamus, ut nullus predicte diſſenſionis materiam moveat, vel mencionem faciat ad jurgium, prout nobis procuratores partium tam divitum quam pauperum promiſerunt hinc et inde, et communiter omnes incole civitatis decretis conſulum ſtare debent unanimiter et concorditer, ſicut ſteterunt ante inceptam diſcordiam, nec impedient facta conſulum, nec reclamabunt eiſdem, ut pote ſteterunt temporibus patris noſtri. Statuimus etiam, quod nulla prorſus debet tam inter divites quam pauperes eſſe compromiſſio, ſed ſi que nunc eſt, aut fuit, hec debet deleri et nullis temporibus renovari. Et ne quis attemptet tranſgredi ſtatuta hic conſcripta vel preſumat, preſentibus lucide interſerimus, quod talem transgreſſorem perfidum reputabimus et perjurum, et ejus vita, bona

ſua omnia in noſtra erunt arbitraria poteſtate per vallacionem arbitrii facti in Ratenow coram nobis. In horum omnium predictorum evidens teſtimonium ſtatuta eadem conſcribi juſſimus ac ſigillorum noſtrorum appenſionibus et ſigillo civitatis Stendal decrevimus conſignari. Acta et data hec ſunt in Ratenow, Anno Domini M°. CC°. LXXXV°. in ſecunda feria poſt dominicam, qua cantatur Reminiſcere.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 22.

XLIII. Biſchof Waldebrunus ertheilt denjenigen einen Ablaß, welche dem Pfarrer zu St. Peter in Stendal folgen, wenn er den Leib Chriſti zu den Kranken trägt, am 2. Juni 1287.

Uniuerſis criſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Waldebrunus, dei gratia Avellonenſis et Glauinicenſis Epiſcopus, ſalutem in domino ſempiternam. Cum ad ea, que cultum dei ampliant et animarum ſalutem promouent, ex officii noſtri debito ſemper proni debeamus et faciles merito reperiri et ad ſalutiferum miniſterium criſti fideles frequentius excitare. Nos itaque de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi, omnibus uere penitentibus et confeſſis, qui Presbiterum de Parrochiali Eccleſia ſancti Petri apoſtolorum principis extra muros apud Steyndale, Halberſtadienſis dioceſis, uiſitantem infirmum cum communione ſacri Corporis criſti cum reuerentia fuerint comitati, quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis, dummodo loci dioceſani conſenſus acceſſerit, miſericorditer in domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Date Rome, IIII°. Non. Junii anno domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſeptimo, apoſtolica ſede vacante.

Fr. Waldebrunus,
avellonenſis Epiſcopus.

Nach dem Original im Pfarrarchive der Peterskirche.

XLIV. Ablaßbrief mehrerer Erzbiſchöfe und Biſchöfe für die St. Peterskirche in Stendal, vom 13. April 1288.

Univerſis Criſti fidelibus preſentes literas inſpecturis Theodiſtus, miſeratione divina adrianopolenſis, Johannicius mokicenſis et Michael antibarenſis archiepiſcopi, Johannes eſinenſis, Leonardus tricanicenſis, Waldebrunus auellonenſis, Marcus amelienſis, Franciſcus terracenenſis, Bartholomeus gajetanus, Romanus crohenſis, Bonifacius boſonienſis, Perronus larinenſis, Johannes eſculanus, Gvido tribunienſis et Petrus ſtatienſis, Epiſcopi. Salutem in domino ſempiternam. Licet is, de cujus munere venit, ut ſibi a ſuis fidelibus digne ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſue merita

ſupplicum excedens et vota, bene ſervientibus multo majora tribuat quam valeant promereri. Deſiderantes tamen reddere domino Populum acceptabilem, fideles Criſti ad complacendum ei quaſi quibusdam allectivis muneribus, Indulgentiis videlicet et remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut eccleſia beati Petri apoſtoli extra muros oppidi Steyndalenſis Halberſtadenſ. Dioc. congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſam Eccleſiam in ſingulis Feſtis beati apoſtoli, iñ dedicatione eccleſie predicte et per octavas feſtorum predictorum in conſecratione et anniverſariis diebus conſecrationis Altaris ibidem erecti, in cathedra beati Petri qui primum ſedit Rome, in converſione Pauli, in Paraſceve, in diviſione apoſtolorum et in die omnium ſanctorum cauſa devotionis acceſſerint, vel manus porrexerint adiutrices, de Dei miſericordia, et apoſtolorum Petri et Pauli Patrocinio confiſi, ſinguli ſingulas quadragenas de injuncta ſibi penitentia, dummodo Loci Dioceſanus conſenſerit, miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Rome, Anno Domini MCCLXXXVIII, Idus Aprilis, Pontificatus Domini Nicolai Pape IIII. Anno Primo.

Nach dem Orig. im Pfarrarchive der Peterskirche.

XLV. Das Domcapitel und der Rath zu Stendal bekunden die von den Gewandſchneidern geſchehene Stiftung eines Altares in der Marienkirche, am 25. Juli 1288.

In nomine ſancte et Individue Trinitatis Amen. A. Dei gracia prepoſitus, et Johannes eadem gracia Decanus, totumque capitulum eccleſie Stendalienſis et conſules civitatis ejusdem omnibus preſencia viſuris Salutem in eo, qui ſalvat omnem hominem et neminem vult perire. Temporum mobilitas et humane memorie inſtabilitas exigit, ut ad noticiam poſterorum geſta precedentium commiſſa perveniant, ne per oblivionem, que inimica eſt poſteritatis, argumenta veritatis deleantur, et dubii queſtio generetur. Hinc eſt, quod univerſis Chriſtiane fidei profeſſoribus cupimus eſſe notum, quod confratres fraternitatis pannicidarum, qui Wantſnidere dicuntur, et ſtagna potentium (?) qui . . . nuncupantur, de noſtra omnimodo voluntate quoddam altare fundaverant in eccleſia beate Marie Virginis in Stendale ob cultum divinum ampliandum, et ob memoriam confratrum ſuorum vivorum et mortuorum, illud dotantes octo fruſtis proprietatis titulo ſub hac forma: Sacerdos, qui dictum altare officiare debet, de his habebit ſeptem fruſta, et dicet diebus ſingulis unam miſſam, quam cottidie incipiet poſt offertorium miſſe animarum. Preterea cuſtos eccleſie ejusdem habebit dimidium fruſtum, et deſerviet dicto altari per ſe aut per ſcolarem competentem. Procurator ejusdem eccleſie recipiet dimidium fruſtum pro vino, luminibus et oblatis. Predicta vero fruſta idem ſacerdos ex toto tollet et ſic annis ſingulis in feſto ſancti Martini diſtribuet, quemadmodum eſt premiſſum. Conſules eciam Stendalienſes idem altare ſacerdoti conferre debent viro ydoneo, quem Domino Decano preſentabunt. Quem ſi fortaſſis incongruum reprobaverit et indignum, alterum ſubſtituent loco ſui, qui obedienciam Domino Decano faciet, ſicut decet. Sacerdos eciam ille ad nulla jura parochialia conſtringetur ex debito, ſed horis omnibus canonicis intererit cum ſacerdotibus in eccleſia ante dicta et ſuam religionem induet, quando alii ſacerdotes ſuper . . . induuntur, et omnes obvenciones, que ſibi racione officii . . obvenerint, parochiano ex integro

preſentabit. Idem Sacerdos non habebit nec officiare debet aliud officium extra civitatem, ſed in civitate altare ſolummodo jam dictum, et in civitate reſidenciam faciet perſonalem, et ſi de propriis rebus aliquid eidem altari adjicere voluerit, habebit ad plenum liberam facultatem. Dominica eciam ſecunda feria atque quarta miſſam debet dicere pro defunctis et ante miſſam ad populum memoriam facere debet omnium confratrum predeceſſorum et aliis diebus miſſam dicere poteſt qualemcunque. Dominicis eciam diebus memoriam faciet ad populum omnium confratrum, qui idem altare dotaverunt. Annis autem ſingulis quinta feria poſt communes aſſumere debet unum ſacerdotem et quatuor ſcolares, et de ſuo proprio comparabit idem ſacerdos quatuor candelas, duas libras cere continentes et memoriam fratrum veſpere cum vigiliis, mane cum duabus miſſis animarum ſolempniter duximus peragendum et poſtmodum in ipſo altari predicta lumina conſumantur. Et ſi idem ſacerdos ſe indecenter regeret deteſtabiles per exceſſus, quod abſit, quos Dominus Decanus et Conſules criminaliter probare poſſent, ipſum deſtituere poterunt ab altari et proventibus univerſis et Conſules medio tempore remunerabunt ſacerdotem, donec proprietatem predictorum fruſtorum poterunt comparare, et tunc nos prepoſitus et Decanus cum noſtro capitulo aliud privilegium de novo ſcriptum tenorem prefecte continens omnium premiſſorum debemus noſtris ſigillis ſecundario communire. Teſtes Dominus Adam Prepoſitus, Dominus Johannes Decanus, Dominus Godfridus Vlaſmenger, Dominus Luderus Scholaſticus, Dominus Philippus Cuſtos, Dominus Reinerus Parochus, Dominus Bertoldus Stolpenſis Prepoſitus, Dominus Conradus Parochus, Dominus Thidericus de Oſterren Cellerarius, Dominus Albertus de Revelde, Dominus Martinus de Crochern Canonici, et Conradus Hiddo, Godeſcalcus de Yergowe, Godo de Sluden, Ghiſo de Scadewachten, Gherardus Vlaſmenger, Betto, Theodericus de Wegeleve, Henricus Wezzelier, Arnoldus de Stendal, Hinricus de Brunſwik, Henricus Hoyer, Heyno Nachtigale Conſules, et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum Anno Domini MCCLXXXVIII, in die ſancti Jacobi Apoſtoli.

Nach dem Abdrucke bei Lenz, Br. Urk. S. 138—141. — Das Original iſt nicht wieder aufzufinden geweſen.

XLVI. Die Markgrafen Otto und Conrad fordern Jedermann auf, den Bürgern Stendals Hülfe und Beiſtand zu leiſten, ihre Brandſtifter zu verfolgen, am 9. September 1288.

Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenſes Marchiones, vniuerſis Militibus ſuis et Armigeris, ſcultetis, Burgenſibus et villanis ſalutem et omne bonum. Volumus ſtrictius hoc mandantes, quatenus noſtros burgenſes ciuitatis Stendale in preſenti negotio non preſumatis aliquatenus impedire, ſed vbicunque ſuos incendiarios inuenerint, ſub obtentu noſtre gratie eosdem fideliter promoueatis ad omnem iuſtitiam adiuuantes ope et opera efficaci. In hoc enim nobis exhibebitis obſequium gratioſum. Datum anno domini M°. CC°. LXXXVIII°. in craſtino natiuitatis b. virginis glorioſe.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 23.

XLVII. Ablaßbrief mehrerer Erzbiſchöfe und Biſchöfe für die Petersкirche in Stendal, am 23. Dezember 1288.

Univerſis Chriſti Fidelibus preſentes literas inſpecturis Miſeratione divina Petrus Arborenſis ArchiEpiſcopus, Gvilhelmus Calenſis, Marcellinus Turtibulenſis, Bonifacius Parentinus et Conradus Tullenſis, ſupra dictarum Eccleſiarum Epiſcopi. ſalutem in Domino ſempiternam. Velut vere Fidei Zelatores paternis Inductionibus Chriſticolas ad ſancte operationis miniſterium ſummopere decrevimus excitare, ut titulo ſollicite pietatis florere valeant, et oportune Conſolationis commoda conſequantur: Omnibus vere penitentibus et confeſſis qui in feſtivitatibus Glorioſe Virginis Marie Annunciacionis, Aſſumcionis, Nativitatis et Purificacionis, nec non Petri et Pauli ac ſingulorum Apoſtolorum feſtis ac per octavas earundem ac in ſingulis diebus dominicis ad Eccleſiam Sancti Petri extra muros Stendal. Halberſtadenſ. Dyoc. cauſa devotionis acceſſerint et Crucem cum proceſſione devota pietate ſequentes, pro Animabus Fidelium, quorum corpora ibidem in Cimiterio ſunt humata, dominicam orationem cum angelica ſalutatione pia devotione dixerint, ac Miſſam ibidem audierint, de omnipotentis dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum, ejus Patrocinio confidentes quilibet noſtrum quadraginta dies indulgencie de injunctis ſibi penitenciis, dummodo hanc noſtram Indulgentiam Loci Dioceſanus ratam habere voluerit, miſericorditer in Domino relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſentem Cedulam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Rome, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Octuageſimo Octavo decimo kl. Januarii, Pontificatus Domini Nicolai Pape Quarti Anno Primo, Indictione ſecunda.

Nach Beckmann's Beſchreibung V, I, II, Sp. 85. Sehr fehlerhaft in Ludewig Reliq. IX, 500. und mit dem falſchen Datum: 10. Januar 1289.

XLVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen 2½ Hufen auf dem Theile der Feldmark Stendals, welche das alte Dorf heißt, zu dem von der Kaufmannsgilde ausgeſtatteten Altar in der Marienkirche, am 7. September 1289.

Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, Omnibus in perpetuum. Quando petitur quod rationj et honeſtati conuenire dinoſcitur et ad ſalutem pertinet animarum, decet nos petencium deſideria principalibus beneficijs adimplere. Qua propter notum eſſe volumus vniuerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos dilectis burgenſibus noſtris in Stendale quorum vſibus ſemper intendere cupimus ſtudioſe, IIII^{or}. fruſta durj frumentj minus VI modijs de III°. manſo ſitis in Stendale in Campo, que dicitur antiqua villa, quorum quilibet manſus ſoluit I chorum ſiliginis et I chorum auene, ad vſus altaris, quod confratres de Gulda mercatorum in Eccleſia ſancte Marie in Stendale dotauerunt, contulimus proprietatis tytulo perpetuo poſſidenda. Dicti vero altaris collatio ad Stendalenſes Conſules pertinebit. Vt eciam dicta noſtra donatio a nobis noſtrisque ſucceſſoribus vniuerſis inuiolabiliter et perhenniter obſervetur, preſentem litteram inde conſcriptam ipſis dedimus in ſufficiens argumentum. Preſentibus hynrico de

Wardenberge, Johanne de Nowen, Gherardo de Kerkowe, militibus noſtris, Domino Johanne Decano ſtendalenſi, Domino Johanne de Gardelege, noſtro Cancellario, Et Godeſcalco de Jerchow, Wilhelmo de moſſim, Ghiſelberto de Scadewachten, hinrico de brunſwic, conſulibus ſtendalenſibus. Actum et datum Sandowe, Anno dominj M°. CC°. LXXXIX, In vigilia Natiuitatis ſancte Marie.

Nach dem Originale im Pfarrarchive der Marienkirche No. 2.

XLIX. Volrad, Biſchof von Halberſtadt, genehmigt den der Peterskirche zu Stendal am 23. Dezember 1288 von mehreren Biſchöfen ertheilten Ablaß, am 11. Mai 1289.

Nos Volradvs, Dei gratia Halberſtadienſis eccleſie epiſcopus, Criſti fidelibus uniuerſis audituris preſentem literam ſeu uiſuris, Notum eſſe uolumus, quod reuerendorum patrum dominorum Petri Arborenſis archiepiſcopi, Guilhelmi Callenſis, Marcellini Turtibulenſis, Bonifacii Parentini et Conradi Tullenſis eccleſiarum epiſcoporum indulgentias, datas eccleſie ſancti Petri extra muros ciuitatis Steyndale noſtre diocefis ratas tenemus eaſque, tenore preſentium, in nomine Domini confirmamus. De omnipotentis Dei miſericordia et beate Marie uirginis, matris eius ac beatorum Apoſtolorum ipſius Petri et Pauli ac ſancti Stephani protomartiris, patroni noſtri, meritis et authoritate, ac noſtra confiſi omnibus uere penitentibus et confeſſis ſecundum omnem tenorem indulgentiarum ſanctorum patrum epiſcoporum uiginti dies de iniuncta penitentia miſericorditer relaxamus. Datum Halberſtad, MCCLXXXIX. quinto idus Maii, pontificatus uero noſtri trigeſimo ſexto, anno.

Nach Ludewig, Reliqu. manuscript. IX, 508, wahrſcheinlich fehlerhaft.

L. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem heil. Geiſt-Hoſpital in Stendal eine Hebung, welche die Söhne des Ritters Otto von Stendal zu Lehn getragen, am 13. Januar 1290.

Otto et Conradvs, Dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, Omnibus in Chriſto fidelibus, ad quos preſentes devenerint, in perpetuum. Noverint univerſi, quod nos ad laudem Dei et glorioſe virginis matris ejus Marie hoſpitali ſancti ſpiritus in Stendal proprietatem unius chori, quem filii Ottonis militis, de Stendal dicti, a nobis hucuſque pheudaliter habuiſſe dinoſcuntur, indicto hoſpitali donavimus poſſidendam in perpetuum pleno jure, renunciantes ſimpliciter juri noſtro, quod habuimus ad eandem. In hujus rei teſtimonium preſentes damus literas ſigillorum noſtrorum muniminibus roboratas. Teſtes, qui donationi huic aderant, ſunt hii, Dominus Johannes prepoſitus in Wizſtok, dictus de Gardelege, Gerhardus de Kerkow, Henricus

de Wardenberge, Hermannus de Gardelege, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Granzoye, anno Domini M°. CC°. LXXXX°. in octava Epiphanie Domini, per manum Domini Bernardi, curie noſtre notarii et capellani.

Nach dem Originale im Stendalſchen Rathsarchive No. 24.

LI. Die Markgrafen Otto und Conrad befreien die Stadt Stendal für 2 Jahre von der Bede und weiſen ihr eine Hebung in Stendal aus der für den Landfrieden beſtimmten Reichsſteuer an, am 9. Juli 1290.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenſes, recognoſcimus coram vniuerſis criſti fidelibus preſentibus litteris publice proteſtantes, Quod Dilectis noſtris Burgenſibus in Stendale libertatem donauimus a data preſentium per biennium duraturam, ita quod ipſo durante biennio nullam nobis precariam ſiue Conſagittationem penitus nobis dabunt, et ſic erunt quatuor Conſagittationibus, videlicet in feſto ſancti Martini proximo et in feſto ſancte Walburgis virginis proximo et iterum in feſto ſancti Martini anni ſubſequentis et ſimiliter in feſto ſancte walburgis virginis anni eciam ſubſequentis, liberi et penitus abſoluti. Demonſtrauimus preterea ipſis Burgenſibus quinquaginta marcas in ipſa Stendale recipiendas a precaria ſiue a conſagittacione Domini noſtri regis, que ad pacem deputata eſt et illas tenebimur paci et domino noſtro Regi refundere et reponere propria in perſona. Placitauimus preterea cum premiſſis noſtris Burgenſibus, Quod ea dampna, que ſupereuenerunt ſuper debita, in quibus pro nobis hoſpitibus in Erphordia obligantur, ſi qua ſupercreuenerint, quod illa debeant de Conſagittatione domini noſtri Regis ſiue pacis in ſubſequenti anno recipere, ſi ſcilicet detur Conſagittatio, ſin autem, ipſis ulterius libertatem donabimus, quod ſuam expoſitam in tali dampno tollant pecuniam, nec in hoc debemus ipſos ullatenus impedire. In predictorum omnium euidentiam pleniorem preſentes litteras conſcribi juſſimus et Sigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Teſtibus adhibitis valde bonis, videlicet Domino Conrado de Redere et Domino Burchardo Nigro de Irkesleve et Domino Tzwlis de Wedele et Domino Johanne prepoſito in Widſtoch et aliis plurimis fide dignis. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. LXXXX°. et data Magdeburg per manum Domini Alwardi, Curie noſtre Notarii, prepoſiti Reppinenſis, in dominica ante feſtum Margarete virginis.

Nach dem Originale des Stend. Rathsarchives No. 25.

LII. Die Markgrafen Otto und Conrad erlauben der Stadt Stendal eine Mühle auf der Uechte zu erbauen, am 10. Juli 1291.

Otto et Conradus, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, vniuerſis criſti fidelibus has literas cernentibus noticiam ſubſcriptorum. Recognoſcimus, preſentibus publice proteſtantes, quod ob gratiam ſeu dilectionem, qua dilectos noſtros Burgenſes civitatis Stendal proſequimur, ipſis ad emendationem ſue ciuitatis indulſimus, quod poſſunt conſtruere ſeu edificare unum molendinum ante eorum civitatem, ſuper aqua, quam vocamus Vchte. Huiuscemodi molendinum dicti Burgenſes cum omni iure ac etiam fructu, ſine omni exactione in perpetuum liberaliter ſine impedimento quolibet poſſidebunt. Et ne huiusmodi gracia futuris temporibus per nos vel noſtros heredes irritetur, preſentes literas damus in evidens teſtimonium noſtris ſigillis conſignatas. Teſtes huius rei ſunt Johannes de oldenvliet ac Hinricus de wardenberg, Dapiferi, Hinricus de Vrifaac, Fridericus de Ecſtede, Gherardus de Kyrchowe, Conradus de Buck, Buſſo Albertus de yrkisleue, Ot. pincerna, milites et quam plures alii fide digni. Actum et datum Brandenburg, anno Domini M°. CC°. LXXXXI°. jn die VII fratrum et martyrum.

Nach dem Originale im Rathsarchive der Stadt Stendal No. 26. — Bei Beckmann's Beſchr. V, I, II, Sp. 6. mit dem Datum: in die 7. Firmi et Martini 1291. Bei Lenz, Br. Urk. S. 131. 132. in die Septem fratrum et martyrum 1286.

LIII. Papſt Nicolaus IV. geſtattet den Minoriten ſich einen Viſitator ihres Ordens zu wählen, am 8. Auguſt 1291.

Nicolavs epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, Vniuerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Vnigenitus Dei filius, cujus liuore ſanati ſumus et ſanguinis fonte renati, ſolus ſuam fundauit eccleſiam et ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, beatoque Petro apoſtolorum principi eterne vite clauigero celeſtis et terreni ſimul imperii jura commiſit, diſperſos Iſraël ad ouile ſuum miniſterio ſue paſſionis reductos ligandi atque ſoluendi ſibi et in eo ſuis ſucceſſoribus tradito principatu. Quare romano pontifici, ejuſdem principis in principatu hujuſmodi ſucceſſori, he vigilie precipue et ſolertie ſedule et hec ſtudia deſidia vacua imminent ex debito apoſtolice ſeruitutis, ut eccleſiam ipſam nouo ſemper fetu multiplicet et greget illi gregem et diſciplinis et regulis informatum, nam humane nature conditio tanquam vas figuli fragilitati ſubjecte facile frangitur et difficile reparatur. Propterea ſiquidem fideles ejuſdem eccleſie ut in acimis ſinceritatis et veritatis alitos vigilanter oportet cauere, ne ſucceſſoris ejuſdem principis ordinationibus vel decretis murmurando detrahatur vel quomodo labiis detractionis obſiſtatur, cum ſecundum apoſtolum dei ordinationi ſit obvius, qui poteſtati reſiſtit. Cum itaque ille glorioſus beatus Franciſcus, confeſſor eximius, igne ingentis caritatis ſuccenſus, verbo et opere apoſtolorum diſcipulus, ad ampliandam in domo domini familiam plenus ſpiritu veritatis conſurgens, ut ambulantium in tenebris pedes eruditionis ſue lumine dirigeret in viam ſalutis eterne, quendam ordinem

inſtituerit penitentium titulo inſignitum, in quo normam tradidit promerendi eterna; Nos ordinem ipſum oportunis fauoribus proſequi et ad ejus augmentum benignius intendentes, ut quod in ejusdem confeſſoris extitit incrementis augeretur virtutum et ejuſdem ordinis profeſſores adjectione noſtre ſollicitudinis magis ac magis de virtute proficiant in virtutem, ipſum ordinem approbando, ordinationes nonnullas ſalutares perſuaſimus litteris in eodem ordine obſeruandas inter cetera eiſdem fratribus paterno conſulentes affectu, ut hujuſmodi vivendi normam ſequerentur et ſequendo amplecterentur eandem et cum naturalis perſuadeat ratio et rationi equitas acquieſcat, ut predicti ordinis profeſſores ob ipſius confeſſoris reuerentiam dilectorum filiorum fratrum ordinis Minorum dirigantur et regulentur doctrina, qui utriuſque ordinis almus exſtitit inſtitutor, de ordine ſepefato fratrum Minorum viſitatores et informatores aſſumere procurarent. Verum quia proh dolor nonnulli ex ordine predicto penitentium eccleſie ac confeſſoris eorundem degeneres filii adverſus perſuaſionem et conſilium hujuſmodi conſurgentes non metuunt affirmare, quod hujuſmodi noſtro acquieſcentes conſilio illudque ſequi volentes ſaluari nequeunt in eodem ordine penitentium, nec formitantes preſumtioſius agere in hac parte callidis ſuggeſtionibus ſubvertunt ipſi conſilio adherere cupientium voluntates illudque adimplentes prohibitionibus preſumptuoſis et moleſtationibus grauibus proſequendo; Nos preſumptiones hujuſmodi nolentes conniuentibus oculis pertranſire, prohibemus, ne quis cujuſvis profeſſionis et ſtatus exiſtat auſu nefario preſumat impedire, quo minus omnes dicti ordinis penitentium regulam obſeruantes, qui hujuſmodi noſtrum cupiunt ſequi conſilium, illud adimpleant et ſequantur, decernentes omnes proceſſus contra hujuſmodi noſtro conſilio adherentes habitos et habendos nullius penitus exiſtere firmitatis. Ceterum quoniam cupimus vehementer hujuſmodi noſtrum ſalubre conſilium adimpleri, omnes qui illud ſuſceperint et adimpleuerint vehementer apoſtolice ac noſtre benedictionis gratiam amplius conſequantur et gaudeant privilegiis eidem ordini penitentium ab eadem ſede conceſſis et in poſterum concedendis. Impedientes vero quo minus premiſſum adimpleatur conſilium, quod ab hujuſmodi impedimento deſiſtant omnino per locorum ordinarios compeſci volumus et mandamus, non obſtantibus quibuſcunque privilegiis ſub quacunqua forma verborum obtentis, per que effectus preſentium poſſet quomodolibet impediri. Inſuper volumus quod hujuſmodi fratres noſtro ſalubri conſilio adherentes debeant habere miniſtros de ſe ipſis juxta formam in dicta formula comprehenſam. Datum apud Vrbem veterem VI. Idus Auguſti Pontificatus noſtri anno tercio.

Nach dem Originale im archivaliſchen Nachlaſſe des St. Annenkloſters zu Stendal, mit der alten Aufſchrift in dorso: Bulla Nicolai pape quarti, quod fratres et sorores tercie regule penitencium eligant visitatorem ex fratribus ordinis minorum.

LIV. Die Markgrafen Otto und Conrad ſchenken den Schöppen zu Stendal das Eigenthum von Hebungen in Schwechten, um ſelbige in geiſtlichen Beſitz zu verwenden, am 14. Juli 1293.

Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes, omnibus in perpetuum. Recognoſcimus preſentibus publice proteſtantes, quod ad inſtantiam atque preces dilecto-

rum Burgenſium noſtrorum videlicet ſcabinorum Stendalienſium ipſis ſcabinis proprietatem prouentuum ſive redditnum duorum manſorum in villa Swechten cum omni jure et ſexagenam pullorum et ſex pullos in dicta villa donavimus poſſidendos, quemadmodum Johannes, filius Heyſonis quondam monetarii, a nobis dinoſcitur habuiſſe, ita eciam, quod ipſi redditus jam predictos divertere poterunt ad quamcunque eccleſiam vel monaſterium duxerint divertendum. Pro dicta namque proprietate iidem ſcabini nobis duodecim marcas argenti libero animo donaverunt. In cujus ſiquidem donacionis evidenciam ampliorem preſentem literam ipſis dedimus ſigillorum noſtrorum titulo communitam. Actum et datum Tangermunde. Anno ab incarnacione Domini MCCLXXXXIII. in craſtino ſancte Margarete virginis, preſentibus venerabili Domino Johanne Epiſcopo Hauelbergenſi, Domino Johanne, quondam decano Stendalienſi, Domino Gerhardo de Kerkowe, Domino Zacharia, curie noſtre notario, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives 27. Früher in Lenz Br. Urk.-Sammlung S. 187. abgedruckt mit der Jahreszahl 1288.

LV. Die Markgrafen Otto und Conrad vereignen dem Hoſpital des heil. Geiſtes zu Stendal 3½ Hufen Landes bei Schönewalde, am 12. Juli 1295.

Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgenſes et de Landesberg Marchiones, omnibus in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, ſimul cum tempore in oblivionis tumulum transferantur, dignum videtur et eſt, vt ea, que per nos fiunt et a noſtris ſucceſſoribus rata et firma permaneant, in ſcripta publica redigantur, et teſtium ſubſcriptione firmius muniantur. Hinc eſt, quod univerſis criſti fidelibus tam preſentis temporis quam poſteri, cupimus eſſe notum, quod nos tres manſos cum dimidio, ſitos apud villam Sconewolde cum omni jure et proprietate Domui ſancti ſpiritus in Stendal dedimus et contulimus liberaliter, abſque precaria, exactionibus et ſeruiciis aliis quibuscunque perpetuis temporibus poſſidendos, ita tamen quod Pachta illis ſoluatur, qui Pachtam habere et recipere conſueuerunt de manſis predictis, prout ſolui communiter eſt conſwetum. Teſtes hujus rei ſunt: Dominus Otto dictus Gans de Potliſt, Henricus de Wardenberg, Gerhardus de Kerkow, Thidekinus de Quitſow, milites, Nobelin, Advocatus noſter in Tangermunde, fideles noſtri et quam plures alii fide digni. In cujus rei credulitatem et notitiam pleniorem preſentes conſcribi juſſimus literas et ſigillorum noſtrorum firmari juſſimus munimento. Actum Tangermunde et data per manum Domini Johannis dicti Paſſer, Canonici Stendalienſis, capellani et notarii noſtri, ſub anno Domini Milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto, feria tertia ante diviſionem Apoſtolorum.

Nach dem Originale im Stendalſchen Rathsarchive No. 28.

LVI. Die Markgrafen Otto und Conrad weisen die Stadt Stendal an, jährlich 20 Mark aus ihrer Urbede dem Domcapitel zu Magdeburg zu zahlen, am 5. August 1296.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Brandenburgenſes et de Landeſberg Marchiones, Recognoſcimus tenore preſencium publice proteſtantes, quod fidelibus noſtris civibus in Stendal injungentes dedimus in mandatis, ut de centum marcis, quas annis ſingulis nobis ſoluunt, in duobus terminis, uidelicet in feſto beati Martini quinquaginta, et in feſto beate Walburgis ſimiliter quinquaginta, honorabilibus dominis canonicis eccleſie Magdeburgenſis viginti marcas annis ſingulis, exſolvant, uidelicet decem in feſto beati Martini et decem in feſto beate Walburgis. Has itaque viginti marcas predicti ciues noſtri de annua penſione noſtra ſingulis annis dabunt canonicis antedictis, quouſque ducentas marcas argenti canonicis dedimus memoratis. In cujus rei evidens teſtimonium preſentes conſcribi juſſimus literas et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communiri. Acta ſunt hec anno Domini M°. CC°. LXXXXVI. et data Sandow, in die beati Oſwaldi.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 29.

LVII. Die Markgrafen Otto und Conrad geben eine Juden-Ordnung für die Stadt Stendal, am 4. April 1297.

Nos Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes et de Landeſberg, Recognoſcimus preſencium per tenorem publice proteſtantes, quod dilectis noſtris conſulibus atque Burgenſibus univerſis civitatis Stendale commiſimus atque dedimus in mandatis volentes, ut Judeis nunc civitatem Stendale inhabitantibus futuris temporibus inhabitandis ſuas patentes literas conferant, in hunc modum, videlicet: quod dicti Judei communi jure gaudeant civitatis, et a dictis conſulibus tanquam Burgenſes eorum proprii teneantur et quod nullus Judeus dictam noſtram civitatem Stendale inhabitet, et jure ſimili potiatur, niſi ſubſtantia ſuarum rerum ſe extendat ad ſummam decem marcarum, et quod quivis Judeus nobis de ſua marca unum lotonem annis ſingulis dare duobus in terminis anni diviſim, videlicet in feſto ſancte Walburgis dimidium lotonem et in feſto beati Martini dimidium lotonem perpetuo teneatur. Item cum Judeus aliquis cauſabitur, et juſtitia perſecutus uſque ad juramentum publice faciendum, et hoc quidem ante ſcolas faciet Judeorum lingua theuthonica, ita quod chriſtiani univerſi ſuum intelligant juramentum. Volumus eciam hoc mandantes, ut nullus judeorum ſimul compromittendo aut ſtatuendo ullum jus faciat aut dictare preſumat ſuper pecunia mutuanda vel mutuo concedenda, ſed quilibet Judeus ſuam pecuniam mutuo dabit, ſecundum quod videbitur ſibi convenire. Quicunque autem in hujuſmodi reus poterit approbari, ſumma decem marcarum procul dubio emendabit, quarum dimidietatem nos recipere tenebimur, et alteram dimidietatem recipiet noſtra civitas jam predicta. Preterea memoratis conſulibus noſtris dedimus in mandatis, ut pueris Oemes Judei ſuas patentes literas conferant ſpeciales, videlicet quod jure et libertate congaudeant, et ſimiliter protegantur, utpote Burgenſes Stendale univerſi, pro quibus prefati pueri annis ſingulis nobis dabunt quatuor mar-

cas, videlicet duobus in antea terminis jam premiſſis, nec per nos amplius gravabuntur. Commiſimus quidem noſtris conſulibus ſepe dictis ſtriccius injungentes, ut ſi judeis Stendale commorantibus per noſtros advocatos aut officiales violencia fieret aliqualis, quod tamen non credimus ullo modo, quatinus hoc defendere debeant, et tanquam ſuos proprios concives tueri cujuſlibet ab inſultu. Sed quum in dicta civitate noſtra Stendale habere Judeos decrevimus et tueri, ſupradictis conſulibus precepimus et mandavimus ſimiliter hoc ſervare, pro quo volumus, vt quando Burgenſes Stendalienſes conſagittationem congregare contigerit civitatis, qnevis familia Judeorum unum ſolidum de menſa teneatur perſolvere civitati. In hujus ſiquidem donationis et libertatis evidenciam preſentem literam dari juſſimus conſcriptam et ſigillorum noſtrorum appenſionibus communitam in ſufficiens argumentum. Actum et Datum Anno Domini M°. CC°. XCVII°. in die ſancti Ambroſii, preſentibus noſtris conſiliariis atque militibus, Domino Johanne de Oldenvlete, Domino Henrico de Stegeliz, Domino Johanne de Blanckenborch, Domino Zabelo de Bardeleue, Domino Johanne de Jagowe Advocato de Ratenowe, Domino Tzuliz, atque Domino Ludekino fratre ſuo et pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 11.

LVIII. Die Markgrafen Otto und Conrad treffen eine Anordnung wegen des Heergeweddes und der Grade, ſo wie der Haltung des Burdinges für Stendal, am 11. Auguſt 1297.

In nomine Domini Amen. Otto et Conradvs, Dei gracia Marchiones Brandenburgenſes et de Landesberg, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que aguntur in tempore, cum progreſſu temporis cicius elabantur, ſi non linguis teſtium et ſcripturarum beneficiis fuerint perhennata; Hinc eſt, quod ad noticiam univerſorum cupimus pervenire, quod noſtrorum diſcretorum virorum conſilio mediante jura noſtrorum Burgenſium dilectorum Stendalienſium, quorum vſibus ſemper intendimus, in melius confirmamus, jura de bonis, que Radhe dicuntur, de ſtatu hactenus in noſtra civitate Stendale habita, omnino deſtuimus et deponimus in nihilum redigentes, omnibus quidem ſtriccius hoc mandantes, ut pro jure civitatis deinceps teneatur de predictis Radhen, ſicut inferius eſt conſcriptum, ut bona hec vulgariter inſcripta ad Radhe ſolummodo pertineant, et non plura, videlicet vrowen geſmide, dat ſe plegen to tragen, wiſlich gebende, Vmmehanges Lakene, alle Kledere, die to der Vrowen live geſneden ſint, half die Bedde, half die Küſſene, half die Slaplackene, half die Diſchlakene. Diz ſal man vor den Scepenen utgeven. Deſſe benomede Ding hören alleine to den Radhen. Doch ſal dat Herwede to voren vtgan. Allet dat, want an deſſen Dach Radhe geweſen ſint, dat ſal nu vortmer Koptmanſchap ſin, behalven dat vorbenomede Gut. Lecti autem hoſpitantium ceteris pro denariis debent eſſet Kopmanſcap, in quibus hoſpites dormiunt, cum univerſis linteaminibus et cuſſinis. Preterea precipimus hoc volentes, ut noſtri conſules Stendalienſes judicium cum univerſitate habeant, quod Burding dicitur, et omnino ſic teneant, ſicuti Burgenſes Magdeburgenſes tenere in omnibus dinoſcuntur. Ne autem hujus noſtri mandati uel donacionis ullus preſumat materiam auſu temerario violare, preſentem exinde literam conſcribi juſſimus, nihilominus ſigillorum noſtrorum apicibus communiri. Actum et

Datum ſub annis M°. CC°. XCVII°., in craſtino beati Laurentii martyris, adhibitis teſtibus Domino Johanne de Sprewenberge, Domino Rauen, Johanne de Nowen, Domino Hermanno Botel, Domino Henrico de Benz et Ottone de Holtzendorpe et aliis pluribus fide dignis. Datum per manum Henrici de Strazeborch, noſtre curie capellani.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 80.

LIX. Markgraf Otto entſcheidet Streitigkeiten des Rathes mit den Schuſtern zu Stendal über gewiſſe Hallen, am 5. Januar 1298.

Nos Otto, Dei gracia Brandeburgenſis et de Landsberge Marchio, Vniuerſis criſti fidelibus audituris preſencia ſeu viſuris volumus eſſe notum, Quod cum inter dilectos cives noſtros in Stendal conſules ex una, et ſutores et cerdones parte ex altera controverſia ſuper quibusdam hallis videlicet, ubi ſutores inhabitant, et ſcampnis, ubi corium venditur, fuiſſet exorta, et coram nobis ſuper jure partis utriusque queſtio uerteretur: Nos auditis utriusque partis hinc inde allegacionibus viſisque inſtrumentis et diligenter discuſſis communicato diſcretorum conſilio, controverſiam ipſorum ex compromiſſione partium taliter duximus terminandam: Quod prefati ſutores et cerdones dictas hallas ſub cenſu novem talentorum retinebunt ad tempora vite ipſorum, et conſules cenſum illum ad vite ipſorum tempora nullatenus aucmentabunt. Si vero aliquam de predictis hallis ſeu locis, ubi corium venditur, per mortem poſſeſſoris, ut nunc, vacare contigerit, ordinacio ipſius ad conſules pertinebit, cenſu tamen nullatenus aucmentato. Et ſi preter aucmentationem cenſus aliquid derivari poterit, conſules ad utilitatem reipublice retinebunt. Acta ſunt hec Anno Domini M°. CC°. XCVIII°., preſentibus venerabili Domino Johanne, Hauelbergenſi epiſcopo, Magiſtro Johanne de Sandow, quondam Decano Stendalienſi, et fidelibus noſtris Ottone de Pouch et Renzekone de Guzik, militibus, et aliis fide dignis, et data in Stendal, in vigilia Epiphanie, per manus Gernodi, noſtre curie notarii.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 82.

LX. Des Rathes zu Stendal Innungsbrief für die Krämer, vom 1. Auguſt 1299.

In nomine domini amen. Nos Conſules Vniuerſi Ciuitatis Stendale in Marchia Omnibus preſentem litteram viſuris ſeu eciam audituris ſalutem. Quoniam ingrata mater erroris geſta fidelium ſeu gerenda diluit et obſuſcat, ſi non linguis teſtium et ſcripturarum beneficiis fuerint perhennata; inde eſt, quod ad vniuerſorum noticiam cupimus peruenire preſentibus publice proteſtantes, quod dilectis noſtris Burgenſibus, videlicet inſtitoribus, mediante noſtrorum conſilio diſcretorum fraternitatem, que Inninge dicitur, tali Jure donauimus, quemadmodum inferius declaratur. Nemo dic-

tam eorum fraternitatem intrare poterit, niſi primo ciuis Stendalienſis ſit legitimus et conciuis. Talis quidem, cuius pater eandem fraternitatem antea habuerat, ſi ipſam habere deſiderat et ſi honeſtus fuerit, ad primum colloquium, quod Morgenſprake dicitur, recipi debet et pro introitu ſolidos duos dabit, quos confraternitas eorum optinebit. Item duos denarios nuncio et ſcriptori. Burgenſis quoque noſter, cuius pater dictam fraternitatem antea non habuerit, et ſi intrare deſiderat, differri debet vsque ad tertiam Morgenſprake et ſi honeſta fuerit perſona, tunc recipietur et pro introitu ſolidos octo dabit: de hiis Ciuitas quatuor ſolidos et eorum Gulda quatuor optinebit. Hoſpes autem extraneus, ſi intrare deſiderat, ciuis primo fiat. Differri etiam debet vſque ad terciam morgenſprake et ſi vir bone fame fuerit, tunc recipi debet et pro introitu ſolidos octo dabit: de hiis Ciuitas quatuor et eorum Gulda quatuor tollet. Inſtitores ſiquidem, qui in amborum dominorum Marchionum ciuitatibus commorantur, ſtare cum noſtris inſtitoribus poſſunt in annualibus foris durantibus et preterea duos forenſes dies in qualibet ſeptimana; Inſtitores vero de villis, nunquam habentes ciuilitatem in ciuitatibus predictorum dominorum, In ſtendale nunquam ſtare aut exponere debent, niſi tantum in foris annualibus et non magis. Inſtitores et ſpecies habentes de Colonia ſiue de Magdeborch vel de quibuscunque terminis venientes, eorum erunt annualia fora libera exponendi et ſtandi apud noſtros inſtitores et vna dies forenſis in qualibet ſeptimana. Nec noſtri inſtitores vel extranei qualescunque ante vllas Eccleſias debent exponere ſiue ſtare. Tales eciam, qui caligas apportare ſolent, in theatro ſtare non debent, ſed apud noſtros inſtitores in foris annualibus et duos dies forenſes in qualibus ſeptimana, ita ſi morantur in ciuitatibus dominorum. Caligas eciam, quas habent, ſingulariter vendere non debent, ſed communiter ad minus dimidiam doſinam inſimul ipſis vendere bene licet. Nullus burgenſium noſtrorum in ſua feneſtra et de manu particulariter huiusmodi mercaturas, que Krameria dicuntur, aſſidue vendere debet, niſi fraternitatem habeat eorundem. Quicunque de noſtris inſtitoribus mercaturas emerit qualeſcunque preſente confratre ſuo, in quibus ipſe ſocius eſſe velit, hunc amicabiliter debet admittere et gratanter: qui ſi non fecerit, quatuor ſolidis emendabit: de hiis Ciuitas duos et fraternitas duos tollet. Si quis de dictis noſtris inſtitoribus ad colloquium, quod morgenſprake dicitur, non venerit intimatum, ſex denariis emendabit, quos ipſi penitus optinebunt. Qui vero tribus vicibus contumaciter defuerit, fraternitatis ſue expers erit et quicquid magiſtri de reacquiſitione talium vſi fuerint, Ciuitati dimidium preſentabunt et fraternitas dimidietatem reſiduam optinebit. Si quis eorum confratrem ſuum maletractauerit turpibus verbis filium meretricis vel hiis ſimilibus appellando, tribus ſolidis emendabit: horum dimidietatem ciuitas et dimidietatem fraternitas optinebit. Quilibet eorum debet apud confratrem ſuum in ſuis neceſſitatibus extra ciuitatem vno die et vna nocte ſi deſiderat permanere: qui non fecerit, fraternitatis ſue expers erit. Omnes eciam debent mortui confratris exequiis intereſſe: qui non fecerit, ſi non neceſſitatibus fuerit prepeditus, cere dimidium liberam dabit. Quicunque aliam duxerit vxorem, cui acquirere velit fraternitatem, pro introitu ſolidum vnum dabit, quem fraternitas optinebit. Si quis magiſtris et confratribus oppoſitus exſtiterit et rebellis, fraternitatis ſue expers erit. Quicquid vero boni maior pars confratrum dictauerit, minor pars conſentire debet, tamen dominorum Conſulum voluntate et conſilio mediante. Noſtri quidem inſtitores debent inſtitoribus ſecum ſtantibus ſcilicet extraneis varam in omnibus adhibere et ſi falſa apud eos inuenerint, ad dominos conſules hanc producent et quicquid de talibus vſi fuerint, de hiis tollet ciuitas duas partes et fraternitas eorum terciam tollet partem. Preterea ſi noſtri inſtitores forſitan ſe opponerent ciuitati, quod tamen nunquam credimus hoc facturos, ex tunc Conſules habebunt liberam facultatem eorum fraternitatem penitus deponendi. Et quando noui Conſules fuerint inſtituti, magiſtri

venient ad lobium ad conſules proxima ſexta feria poſt hec et jurabunt hec premiſſa velle ſeruare, quemadmodum ſuperius ſunt conſcripta. In huius ſiquidem donationis euidentiam ampliorem, preſentem ipſis dedimus litteram, ſigilli noſtre ciuitatis munimine roboratam. Acta et data in annis domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, in die ſancti Petri ad vincula, preſentibus nobis Jordano vlaſmengero, Th. de Wegeleue, Arnoldo de borch, Nicolao de ſcadewachten, hinrico de borken, hinrico de Jerchowe, willekino de biſmarke, Bengero Stormone, henningo vlaſmenger, henningo de Inſele, Nicolao de Sluden, Conſulibus atque ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 34.

LXI. Die Markgrafen Otto, Conrad und Heinrich machen der Stadt Stendal gewiſſe Zugeſtändniſſe in Betreff des Verkaufs von Wein und Getreide, ſo wie der Pfändung des Viehes, am 1. Mai 1300.

Noſ Otto, Conradvs atque Hinricvs, dei gracia Marchiones Brandenburgenſes et de Landeſberg, Notum eſſe cupimus univerſis et tenore preſentium publice proteſtamur, quod ad inſtancias atque preces dilectorum Burgenſium noſtrorum Stendalienſium, quorum vſibus intendere ſtedebimus, admiſimus, vt quicunque ſive Burgenſis aut extraneus in noſtra civitate Stendale (vina) adduxerit aut habuerit ad vendendum, ea particulariter ad ducillum vendere valeat libere atque licite abſque taxacione (ſive poſicione) conſulum civitatis pro denariis placitis ſecundum propriam voluntatem, dummodo civitati tantum exſolvat, quantum conſules cum diſcretioribus de ipſis (vinis) inter unum talentum et quinque ſolidos ſtatuerint perſolvendum. Volumus eciam atque mandamus ab univerſis ſtriccius obſervandum, ut in predicta civitate noſtra Stendal omnia frumenta cum modiis, qui Strikſchepele vulgariter nuncupantur, deinceps menſurentur, preter avenam, que ſolummodo optinebit cumulum in menſura, et nulla genera frumentorum, quando menſurantur, preſſuram ab aliquo patiantur. Volumus quoque prefatos noſtros Burgenſes ea perfrui libertate, ut ſi fortaſſis aliquis advocatorum vel officialium, aut famulorum noſtrorum impignoraret pecora cujuſquam villani in rure, cum quibus ullus Burgenſis Stendalienſis pecora haberet, qui hoc optineret coram conſulibus ſuo jure, eadem pecora ad ſe proprietatis titulo pertinere et, hoc conſules veraciter teſtarentur, ex tunc ſua pecora ſibi debent reſtitui univerſa. Preterea ſi Burgenſis pecora cujuſcumque generis apponeret cum villano, et talis Burgenſis moreretur, eadem pecora dividi debent ſecundum juris ordinem civitatis. Pro predictis libertatibus univerſis memorati Burgenſes noſtri nobis centum marcas Brandenburgenſis argenti et dimidium plauſtrum vini bono animo donaverunt. Actum et Datum Sandowe, in annis Domini Milleſimo Treſcenteſimo, in die ſanctorum Philippi et Jacobi Apoſtolorum, preſentibus Domino Raven, noſtro Dapifero, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Henningo de Sydowe, Domino Hinrico de Stegeliz, Domino Gherardo de Kerkowe, Domino Nicolao de Buek, noſtris militibus, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 35. Wo wir hier nach dem Vorgange von Lenz die eingeſchloſſenen Worte vina und vinis geſetzt haben, ſind dieſe Worte im Orig. alſo ausradirt, daß man die Schriftzüge nicht mehr deutlich erkennt. Die Worte siue positione ſind ebenfalls radirt, jedoch noch lesbar.

LXII. Die Markgrafen Otto, Conrad, Heinrich und Johann gestatten den Bürgern zu Stendal die von ihren Grundstücken auf dem Stadtfelde im Lehnsbesitz rittermäßiger Familien befindlichen Hebungen auszukaufen und zu ihrem Erbe zu besitzen, am 13. Januar 1301.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Nos Otto, Conradus, Hinricus et Johannes, dei gracia Marchiones Brandenburgenses et de Landsberge, Recognoscimus coram universis presentibus publice protestantes, quod dilectis Burgensibus nostris Stendalienſibus et ciuitati predicte Stendale pheodum universum de omnibus mansis dicte civitati adiacentibus, videlicet quicquid dicti mansi in pacta militibus atque armigeris exsolvebant, prefate nostre ciuitati Stendale atque Burgensibus inibi commorantibus sub titulo donauimus proprietatis, eandem perpetuo possidendam, ita videlicet quod omne, quod hactenus pheodum de mansis exstitit memoratis, deinceps hereditas perpetuo habeatur, ita ut quicunque miles aut armiger pheodum habeat in dictis mansis, quod aliis titulo contulerit pheodali, illi una marca dabitur argenti Brandenburgensis pro quolibet choro duro, et debent ab eo esse liberi perpetuo atque exempti. Pro jam dicta liquidem donacione proprietatis antedicti Burgenses nostri nobis centum marcas Brandenburgensis argenti bono animo donaverunt. Vt autem hec nostra donacio habeatur perhenniter inconvulsa, presentes ipsis dari jussimus literas sigillorum nostrorum appensionibus roboratas. Actum et datum Stendale, in Anno Domini MCCCL, in octava die epiphanie. Presentibus testibus nobili viro Domino Ottone Auca de Wittenberge, Domino Ottone de Renys, Domino Tzulis de Wedelen, Domino Rauen, Dapifero nostro, Domino Hinrico de Wodenswege, Domino Henningo de Buzst, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Theoderico de Luderitz, Domino Nicolao de Buck, Domino Gherardo de Kerkowe, militibus, atque Hinrico de Rochowe, advocato nostro, et nostris consulibus Stendalienſibus Gherdango, Gherardo Vlasmengero, Hinrico de Jerichow, Hinrico de Rokez, Bertoldo de Hemerle, Hinrico de Philomena, Wettekino de Bismarcke, Th. de Mosun, Berengero Stromone, Jacobo de Sluden, Th. de Scadewachten, Jacobo Slavo et ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des Stend. Rathsarchives No. 36. Da das Zeugenverzeichniß im Original lückenhaft ist; so ist der Schluß desselben aus dem Abdrucke in Lenz Br. Urk. S. 160. 161 entnommen.

LXIII. Die Markgrafen Otto und Conrad gestatten der Stadt Stendal von Erfurter Bürgern Zoll zu nehmen, da Erfurt solchen von Stendalern fordert, am 2. Juli 1302.

Nos Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgenſes et Landsberge Marchiones, cum manifesta recognicione presencium protestamur, quod dilecti nobis cives civitatis Stendal conquesti sunt nobis, quod Burgenses civitatis Erfordie ab eisdem et sua familia, qui negociantur ibidem, theloneum recipiunt et exactiones, ita quod de qualibet marca sex denarios, prout jam dudum est computatum, exigunt et requirunt. Cum igitur prescripti Burgenses pluries sunt monuiti, ut tale theloneum seu exactionem non recipiant, et hoc amore nostri dimittere nolint, conceſſi-

mus et concedimus indulgentes prefatis noſtris civibus in Stendale, ut idem faciant, tale theloneum a prememoratis civibus Erfordie recipiendo. In cujus rei evidenciam preſentes literas duximus noſtri ſigilli munimine roborandas. Datum et Actum Tangermundis, anno Domini MCCCII, in die beatorum Proceſſi et Martiniani.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 151. Lenz a. a. O. 163.

LXIV. Die Markgrafen Johann und Woldemar verſprechen der Stadt Stendal ihre Rechte und Privilegien zu bewahren, am 17. Juni 1303.

Nos Johannes et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſes et de Landesberch Marchiones, tenore preſencium publice proteſtamur, quod omnia privilegia data et conceſſa viris honorabilibus ac diſcretis Burgenſibus in Stendale exhibitoribus preſentium ſuper prerogativis et graciis hinc et inde ab antiquis temporibus usque modo per illuſtres principes Johannem et Ottonem, noſtros patruos, Conradum, noſtrum patrem, marchiones, nos et noſtri heredes volumus irrefragabiliter obſervare. Et ſicut ipſi ea ſe obſervaturos fide preſtita promiſerunt, ita et nos ſimiliter facimus et promittimus in hiis ſcriptis. In cujus rei evidenciam preſens damus ſcriptum noſtris ſigillis roboratum. Teſtes hujus rei ſunt Conradus Rauen, Dapifer, Johannes de Sydaw, Johannes de Hohenwarte, pincerna, Haſſo de Wedele, milites, et quam plures alii fide digni. Datum in Tangermunde, Anno Domini MCCCIII, ſecunda feria poſt Viti et Modeſti martyrum, per manus Domini Zacharie, noſtre curie notarii.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 37.

LXV. Die Markgrafen Otto, Johann und Woldemar vergleichen ſich mit den Lehngüter beſitzenden Bürgern von Stendal über deren Rechtsverhältniß, am 3. Auguſt 1304.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Otto, Johannes atque Woldemarus, Marchiones Brandenburgenſes et de Landsberge, omnibus preſencia percepturis ſalutem in eo, qui omnium credencium exſtat ſalus. Quoniam vite mortalis infirmitas adeo naturam vulneravit humanam, quod actionum temporalium in tempora longiora certam ſervare non poſſit noticiam, expedit itaque, ut res digne memoria ſucceſſorum literarum ſtudio conſerventur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus Criſtiane fidei profeſſoribus univerſis, nos diſcretorum virorum conſilio accedente cum dilectis noſtris Burgenſibus Stendalienſibus de ipſorum pheodo, quod nunc a nobis poſſident et in futurum poſſidebunt, ubicunque habuerint, taliter placitaſſe, quod bona voluntate eadem bona pheodalia eisdem contulimus in preſenti. Inſuper Burgenſibus promiſimus jam predictis, quod nos noſtrique ſucceſſores univerſi Burgenſibus prefatis et ſucceſſoribus, videlicet

pueris eorum, ſi annos attigerint maturos, ſive non, poſt mortem patrum ſuorum manu mutua et communi conferre eorum pheodalia debeamus, et nobis ſemel dabunt et non amplius de duro fruſto quolibet tres ſertones argenti Brandenburgenſis. Preterea promiſimus ipſis, quod nos noſtrique ſucceſſores univerſi neminem de eisdem aut ſucceſſoribus eorundem ulli homini dimittere debeamus, niſi de cujuslibet propria voluntate. Pro dicta ſiquidem libertate iidem Burgenſes nobis ducentas marcas argenti minus tamen viginti marcis bono animo et libero donaverunt. Vt autem premiſſa omnia ipſis inconcuſſa a nobis noſtrisque ſucceſſoribus omnibus perpetuo teneantur, preſentes literas noſtrorum ſingulorum apicibus roboratas ipſis dari juſſimus in evidenciam ampliorem. Actum et Datum Tangermunde, Anno Domini M. CCCIV., die inventionis beati Stephani protomartyris glorioſi, preſentibus Domino Hinrico de Stegelitz, Domino Nicolao de Buch, noſtris dapiferis, Domino Conrado de Redere, Domino Bertoldo, pincerna, Domino Hermanno de Gardelege, Domino Herdegone, Domino Gherardo de Kerkowe, militibus noſtris, Hinrico de Rochowe advocato Tangermundenſe, atque ceteris pluribus fide dignis.

Nach Lenz Br. Urk. S. 166. 167.

LXVI. Der Markgrafen Otto, Johann und Woldemar Privilegium für die Stadt Stendal, vom 24. Juni 1305.

In deme Namen der heiligen Drivaldicheit, Amen. Otto, Johan, Waldemer, van der Gnaden Godes Marchgreuen van Brandenborch unde van Landesberge, allen Criſtenen Luden, di deſſen brief ſeen unde horen, heil an unſem Heren Gode. Sint alle Ding, di di Lude in der vergengliken tith began, dicke mit der tith vergan, oft ſi nicht newerden geſtedeget mit der ſcrift oder mit der tuge munde; Hir umbe ſo wille wi, dat dit witlic ſi unde openbare allen Luden, di nu ſint unde hir na komen ſcolen, unde tugent mit desſem iegenwordigem brieve, dat wi mit unſer wiſen manne rade, uſen lieuen borgeren van Stendale unde allen ern Nakomlingen verkoft hebben unde tu enem rechten egendome gegeuen, dat wi alle di Vriheit, di en uſe Elderen unde wi ſelue gegeuen hebben, di ſi in ern hantfeſten unde brieuen bewiſen mogen, di ſcole wi unde uſe nakomlinge en unde ern nakomlingen ganz unde untebroken ewichliken holden, unde wi noch uſe nakomlinge neſcolen deſe benomede borgere noch er nakomlinge nicht mer mit ninerhande ſake, noch ninerleige not beſwarn, wan dat ſi alle jar uns di hundert marc geuen, di ſi in ern olden hantfeſten hebben. Di ſcolen ſi half geuen to Sente Wolborge dage unde half to Sente Mertens dage. So ne ſcole wi ſi nicht mer binnen dem jare bidden, noch nicht benoden, noch beſwarn, ſwelc not uns anlege oder dem Lande, noch mit Scutten, noch mit Wagendineſte, noch mit Volgene ut der Marke, et ſi ouer Elue, oder di Ore, oder di Biſe, oder iergen ut der Marke. Swenne deſe benomeden hundert marc us weder ledich werden, di neſcole wi nergen anders verwiſen, noch verligen; wente di ſelven borgere unde ere nakomlinge ſcolen ſi us unde uſen nakomlingen ſelbe ewichlike geuen unde ſcolen van us unde van uſen nakomlingen binnen deme jare mer umbenodet bliuen. Were ok, dat andere Herren hir na an di Stat to Stendale quemen, di ſcolden dit ſelbe holden, dat wi hebben gelouet, unde ſcolen diſen brief mit

eren Ingeſegelen beſegelen. Di wile des nicht neſchude, ſo ſcolden uſe Louere, di hir na ſtan beſcreuen, to Stendale inriden unde nimmer utkomen, dit ne ſi geſchen. Alle deſse benomede Vriheit, di ſcole wi unde uſe nakomlinge desſen Borgeren unde eren nakomlingen ewichliken, ganz unde untobroken holden. Hir vore hebben entruwen gelouet uſe man, alle di Riddere unde Knapen up dem Huſe to Wolmerſtede, alle di Riddere unde Knapen tote Angermunde, di up desſen beiden Huſen Borchleen hebben. Swenne dat oc geſchith, dat desſer Riddere oder Knapen ienich erſteruet, ſin Sone ſcal louen, als ſin Vader gelouet hadde. Vure oc ienich van desſer Huſe ienich, ſwi in ſinen hof queme, di ſcolde louen, als anderen hebben gedan; oder he neſcolde nimmer an ſin Borchleen komen. Dat ſcolen di Ratmanne van Stendale den anderen Ridderen unde Knapen kundegen, di ſcolen to male to Stendale inriden to liggene, nimmer ut tokomene, et ne ſi mit der Ratmanne Wille binnen dem Manede, dat et en gekundeget wart. Hir mede hebbet gelouet entruwen mit ſamender hant Twelf Riddere unde Knapen ut der Marke, den ſeluen Burgeren alle desſe benomede Ding alſo to haldene, als di van Wolmerſtede unde van Angermunde. Dit ſint desſe ut der Marke: Her Herman van Gardelege, Her Thideric van Luderiz, Her Henning van Buzſt, Betcke, Hern Meinardes Sone, van Rochowe, Henning, Hern Albrechtes Sone, van Luderiz, Henning, Hern Conrades Sone, van Swechten, Hinric, Hern Hinrickes Sone, van Rochowe, Henning van Brunkowe, Vritzeke van Schepeliz, Henning van Warborg, Betcken van Buzſt, Kuneke van Oſterborch. Desſe hebbet gelouet als di van Wolmerſtede unde di van Angermunde. Swenne van desſen ienich ſteruet, ſin eldeſte Sone ſcal gelouen, als di Vader hadde gedan. Enſchude des nicht, di Riddere unde Knapen ſcolden inriden to Stendale, to liggene, als hir vor geſeget is. Storue oc desſer enich ane erue, ſo ſcolde wi vorgenomede Herren, wi Marchgreuen oder uſe nakomlinge binnen dem Manede, dar it us di Ratmanne van Stendale kundegeden, enen andern like vrome, als di was, in ſine Stede weder ſetten, oder di Louere to male inriden, als hir vorgeſcreuen ſtat. Alle desſe benomede Vriheide hebbe wi vor us unde vor alle uſe nakomlinge desſen Borgeren van Stendale unde ern nakomlingen ewlike ganz toholdene gelouet unde untobroken. Were, dat wi oder uſe nakomlinge desſer Stucke enich breken, dar Got vor beware, binnen dem Manede, dat dit di Ratmanne van Stendale en kundegeden; ſo ſcolen di Louere to male inriden to Stendale to liggene, wante en dit weder dan vollenkomliken werde. Hir umme hebben desſe ſeluen Borgere van Stendale uns gegeuen en hundert marc. Hir up hebbe wi en desſen brief gegeuen, mit uſen Ingeſegelen geueſtet, tu ener ewigen Tuginge. Unde is geſchen in dem Dorpe to Uchtdorp, dar iegenwardich waren uſe Drotſate Her Nycolaus van Buck unde uſe Voget Hinric van Rochowe, di alle desſe ding to wege brachten unde ordinireden, unde oc waren dar alle di Louere, Riddere unde Knapen unde dar tu vele bederuer unde warheftiger Lude, unde is geſchen jn dem jare van Godes Bort Dúſent jar unde Drihundert jar in dem veſten jare, an Sente Johannes Baptiſten dage to middem Somere; mit der hant Hern Zacharieſes, unſes Kappellanes, tu Stendale Canonikes.

Nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives.

LXVII. Ablaßbrief des Biſchofs Albert von Halberſtadt für die Peterskirche zu Stendal, vom 6. Mai 1306.

Albertvs, Dei gracia Halberſtadenſis Eccleſie epiſcopus, univerſis preſentes viſuris ſeu audituris ſalutem in filio virginis glorioſe. Quoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus, reddituri de ſingulis rationem, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum; diem meſſionis extreme oportet nos miſericordie operibus prevenire nunc in terris ſeminando, que miſerante Domino pro eterne ſalutis brevio fructu cum multiplici recolligere valeamus. Igitur nos eccleſiam beati Petri Apoſtoli intra civitatem Stendal pio complectentes affectu atque volentes devotionis Zelo populum Dominicum in Domino plus fervere, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui illic in nativitatis Domini, Paſche, pentecoſtes et in quatuor beate Marie Virginis feſtivitatibus, nec non in Apoſtolorum et dedicationis altaris beati Petri in eadem eccleſia diebus cum devotione debita oraturi acceſſerint, ſuaſque ad ſtructuram eccleſie ejuſdem manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis Dei clementia et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus meritis confiſi quadraginta dies et unam carenam de injuncta ipſis penitentia in Domino relaxamus, ratas habentes et gratas omnes indulgentias eidem eccleſie ante ejuſdem tranſlationem extra civitatis predicte muros a venerabilibus patribus noſtris predeceſſoribus Epiſcopis nec non aliis Archiepiſcopis et epiſcopis conceſſas preſentibus in nomine Domini confirmamus. Datum Stendal, Anno Domini MCCCVI, Pridie Nonar. May, Pontificatus noſtri anno tertio.

Nach Beckmann's Beſchreibung a. a. O., Sp. 86. Lenz Br. Urk. S. 175.

LXVIII. Markgraf Hermann beſtätigt die Rechte Stendal's für den Fall, daß die Stadt künftig in ſeinen Beſitz kommen ſollte, am 24. November 1306.

In nomine ſancte et indiuidue Trinitatis Amen. Hermannus, dei gratia Marchio Brandenburgenſis et de Henneberge, omnibus preſentes literas viſuris ſeu etiam audituris ſalutem in omnium ſaluatore. Quum ingrata mater erroris obliuio geſta fidelium crebo diluit et annullat, niſi fuerint lingnis teſtium vel ſcripturarum beneficiis perhennata; Inde eſt quod ad notitiam tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus preſentibus publice profitentes, Nos Burgenſibus ciuitatis Stendale uniuerſis firmiſſime promiſiſſe, quod ſi jam dicta ciuitas Stendale fortaſſis ſub noſtro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus affuturis, quod univerſas libertates, quas a cariſſimis patruis noſtris, videlicet Ottone, Conrado, Johanne, Waldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgenſibus ſunt adepti, eiſdem Burgenſibus Stendalienſibus ac poſteris eorundem ſecundum formam priuilegiorum ſuorum, Nos noſtrique ſucceſſores per omnia taliter conſeruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter velimus eaſdem libertates preſentibus confirmando, utpote noſtri patrui predicti ipſis burgenſibus ſuis in litteris promiſerunt, quas quidem memorati Burgenſes ſuis litteris et priuilegiis poterunt demonſtrare. Nos quoque aut noſtri ſucceſſoris uniuerſi ſepedictos burgenſes Stendalienſes atque eorum ſuc-

ceſſores ſuper dictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetuo non debe mus nec volumus ullo modo. Si autem contingeret ſepedictam civitatem ad noſtrum et noſtrorum hereditariorum ſucceſſorum dominium deuolui, quod deus auertat et quod abſit, tunc nos et noſtri hereditarii ſucceſſores per noſtros milites et vaſallos ſepedictis burgenſibus pro talibus libertatibus cautionem faciemus condignam et plenarie ſufficientem. Vt autem premiſſa univerſa eiſdem incon nulſa perpetuo teneantur, preſentes litteras ſigilli noſtri munimine roboratas ipſis dare juſſimus in teſtimonium et munimen. Actum et datum anno domini milleſimo treſcenteſimo (ſexto) in vigilia Katharine, per manum Bartoldi dicti Sloteken, noſtre curie Notarii.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 38, worin die Jahreszahl jetzt durch Mauſefraß vernichtet iſt, während Gercken (Diplom. I, 31) dieſelbe noch vollſtändig geleſen zu haben ſcheint.

LXIX. Der Rath zu Stendal befreiet einen Garten und gewiſſe Hebungen, womit Johann von Vinzelberg den Marienaltar in der Jacobikirche dotirt hat, von den ſtädtiſchen Abgaben, am 30. September 1307.

Nos Conſules vniuerſi Ciuitatis Stendale in Marchia criſti fidelibus vniuerſis preſentis perceptoris Salutem. Qvoniam geſta hominum ſeu gerenda crebrius a memoria cunctorum pereunt, niſi litteralibus inſtrumentis vel linguis, Teſtium memorie percipiant firmamentum; Inde eſt quod ad noticiam tam futurorum quam preſencium cupimus peruenire, manifeſta recognitione publice profitentes, Quod diſcretorum noſtrorum accedente conſilio, ob reuerentiam Dei et divinum cultum ampliandum, Ortum, qui Henepſtat nuncupatur et proprietatem duorum talentorum, quando Conſules comparauerint, quibus Dominus Johannes de Rineſberge altare Virginis Marie in Eccleſia beati Jacobi apoſtoli in Stendale dotauit, a conſagittacione et collecta qualibet, quocienſcunque in Civitate colligitur, perpetuis temporibus dimiſimus libera et ſoluta. In huius ſiquidem libertatis evidenciam ampliorem preſentes literas conſcribi juſſimus, ſigilli noſtre Civitatis munimine roboratas. Actum et datum anno Domini Milleſimo Treſcenteſimo Septimo, feria ſexta proxima poſt feſtum ſancti Michahelis archangeli. Preſentibus nobis Nicolao de Schadewachten, Hinrico de Ierchowe, Iacobo de Sluden, Henningo Hoieri, Berengero Stormone, Johanne de Calue, Jacobo Slauo, Nicolao Guntero, Eggerdo de ſtenuelde, Kriſtiano parvo, Henningo Ghiſonis, Conſulibus, atque Ghiſelberto de Schadewachten, et ceteris pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Pfarrarchive der Jacobikirche in Stendal.

LXX. Die Markgrafen Otto und Woldemar befreien die Stadt Stendal von einer Zahlung von 80 Mark Rente, weil Buſſo von Barby in einen geiſtlichen Orden getreten ſei, am 10. Mai 1308.

Nos Otto et Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſes, Landesberge et Luſacie Marchiones, recognoſcimus et ad univerſorum noticiam tenore preſencium publice volumus pervenire, quod religioſo viro domino Buſſoni de Barboy dicto ſunt octoginta marcarum redditus abiudicati certis et veris ſentenciis, et nobis adiudicati ſentenciis memoratis, preſentibus principibus, Baronibus, miniſterialibus, militibus atque multis aliis hominibus fidei teſtimonio decoratis, ob id, quod ordini ſe tradidit, velud patet. Hanc quoque pecuniam idem Buſſo a nobis habere deberet ſingulis annis, quibus viveret, et eandem ſibi noſtre civitatis Stendale cives, ut pote eorum patentes litere ſuper hoc date lucidius docent, dare noſtro nomine tenerentur, ſi ordo, cui ſe tradidit, non obſtaret. Propter quod eciam nos predictos cives Stendalienſes univerſos a promiſſo, quod ſuper ſolucione pecunie ipſi Buſſoni de Barboy preſtiterunt, abſolvimus, reddendo de hoc, ut teſtamur in ſacri imperii examen, liberos penitus et exemptos, ita quod ipſi cives ex nunc nulli hominum ipſam pecuniam dare, quam cui dare aſſignaverimus, teneantur. Volentes eciam quemlibet hominem temera preſumcione contrarium ponentem premiſſis ſententiis aut dicentem de mero jure ſacri Imperii convincere ac omnino mendacem reddere, ut pote evidenter per patentes literas proteſtamur. In cuius facti teſtimonium evidens preſencia ſcripta ſuper hoc confecta tradidimus noſtrorum ſigillorum autentico roborata. Teſtes eciam hujus facti ſunt nobiles viri Dominus Albertus de Barboy, Heinricus de Regenſten, Hermannus de Roſeborch et quam plures alii fide digni. Actum et Datum juxta Tangermundis circa Albeam, Anno Domini MCCC octauo, in die beatorum Gordiani et Epimachi martirum.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 40.

LXXI. Die Markgrafen Otto und Woldemar bekunden, von der Stadt Stendal ein Darlehn von 80 Mark Silber empfangen zu haben, am 6. Auguſt 1308.

Nos Otto et Waldemarus, dei gratia Brandenburgenſes, Landesbergenſes atque Luſatie Marchiones, omnibus tenorem preſentium percepturis volumus eſſe notum, manifeſta recognitione preſentibus publice profitentes, quod dilecti noſtri conſules et Burgenſes Stendalienſes nobis ad noſtram neceſſitatem Octoginta Marcas argenti Brandenburgenſis mutuo prestiterunt, cujus pecunie mediam partem ipſis promiſimus deſcindendam, videlicet XL marcas in feſto Sancte Walburgis proxime affuturo de pecunia, quam nobis dare illo temporo tenebuntur, Et in feſto B. Martini Epiſcopi proxime ſubſequenti ipſis reſiduas XL marcas, quas nobis tunc dare deberent, promiſimus defalcare. In hujus ſiquidem promiſſionis euidentiam ampliorem preſentes lite-

ras eisdem dari jussimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum anno domini Millesimo Trescentesimo octauo, in die S. Syxti pape et martyris.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 39.

LXXII. Markgraf Woldemar überweist der Stadt Stendal zur Tilgung seiner Schulden die nächstfälligen Abgaben der Stadt, am 12. Februar 1309.

Nos Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Landisbergensis et Lusacie Marchio, tutorque illustris Iohannis, Marchionis Brandenburgensis, recognoscimus et ad uniuersorum notitiam tenore presencium publice cupimus peruenire, Nos nobis fidelibus civitatis Stendal in recompensam aliqualem suorum debitorum pecuniam, quam nobis ad deputatos terminos tenentur erogare, videlicet in terminis infra scriptis tollendam assignasse similiter et accipiendam, scilicet a festo beate Walburgis nunc proximo ulterius ad spacium unius anni XL marcas, in festo beati Martini immediate subsequenti XL, in festo beate Walburgis immediate subsequenti XL marcas, item in festo beati Martini confessoris immediate subsequenti quadraginta, quod in summa obtinet centum et quinquaginta cum decem Marcis. Addicimus etiam, si nos medio tempore viam carnis ire contigerit, quod absit, extunc nostri veri heredes supradicta conseruent grata pariter atque rata. Testes hujus sunt Dominus Nycolaus de Buck et Gerhardus de Kerkowe et quam plures alii fide digni. In cujus rei testimonium presentem literam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Datum Tangermunde, anno domini Millesimo CCC°. IX°., in die Cynerum.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 41.

LXXIII. Markgraf Woldemar und die Markgräfin Anna bestätigen dem h. Geist-Hospital v[illegible] ihren Vasallen verkaufte Besitzungen und verleihen dem Hospital zum Seelenheil des Markgraf[illegible] Hermann das Eigenthum daran, am 8. Mai 1309.

In deme Namen Gotes Amen. Wie Woldemar, von der gnaden gotes Marcgraue t Brandenborg vnd tv Landesberg, vnd Vormunder des edelen Vorsten Marcgreue Janes vnde wir Anna, van derseluen Gnaden willen tu Brandenborg vnde tv Lusitz Marcgre uinne vnde Vrowe tv Hinnenberg, bekennen vnd bethugen mit disen jeghenwardigen briue dat vse Ridder Her Zabel van Dobrun mit ganzem Wisen siner Ersnamen heuet vorkost recht like vnd redlike dem Huse des heiligen Geistes to Stendal twe Huwen Erues vif Morgen min in dem Dorpe tu der Kaluerwisch, vnd einer Huuen thegeden ouer dat selue Erue, sunderlike das hogeste Richte vnde dat siedeste ouer die vestein Morgen, dar die vorbenante Hof uppe leght, vor anderhalf Hundert Marck Brandenborgs Silbers vnd Wichtes, vnde dat is ime vorgulden, vnde hie

heft dat Gut, Erue vnd Leen vor vns upgelaten. Ock hebben vorkofft demfelven Hufe Degghenardes Kinder von Polchou, Hinric vnd Ye., ouer dat felue vorbenumde Erue einer haluen Huuen Tegheden vor negen Marck Brandenborg. Silbers vnd wichtes, vnd die fie ime vorgulden. Ock bekenne wi, dat wi tu einem Loue vfes Heren gotes vnd finer leuen Muter funte Marien vnd tu einem Seelgerethe des edlen Vorften Markgrafen Hermanns vnd vnfer Eldern, der gedechtnisfe to Gode fie, vnd tu einer Salde vnfer Siele vnd vnfer Nakomlinghe, vnde tu einer Hülpe der armen Lute des vorbenanten Hufes hebben deme felven Hufe ghegeuen einen rechten Eigendohm ouer dat felue vorbefcreuen Erue vnde Leen Bede vrie vnde Dinftes vrie, vnde ftedeghen dat Hus in deme vorbenanten Gude vor alle vnfe Voghede vnd Ambachtlude ewichlichen to befittende vnde to brukende. Disfer Ding, die hie vorbefcreuen fint, fint Tughe Her Droyfeke, Her Otte von Konigesmarke, Her Werner von Arneburg, Riddere, vnd Zabel von Lye vnd Otte von Lye vnd Her Johans, die Proueft von Sehufen, vnd Herman von Arneburg vnd ander vromer Lute. Vppe dat disfe Ding des tu ganzer vnde des tu vnverbrokener bliuen, fo hebbe wie disfen jeghenwardighen tu einer Veftenunghe hir up gegheuen mit vnfen Inghefegeln befegelt. Disfe brif is ghegeuen vnd ghefcreuen na Gotes bort Dufent vnd Drihundert Jar in deme nhegenden Jare, to Tangermunde, in deme Daghe der Hemeluart vfes Heren.

Nach dem Originale des Stendalfchen Rathsarchives No. 42.

LXXIV. Markgraf Woldemars Verordnung für die Leinweber in Stendal, vom 18. Mai 1309.

Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenfis et Lufacie Marchio, omnibus prefencia percepturis falutem. Cum diverfa genera falfitatum in opere lineorum textorum multociens fiant in noftra terra, de quibus noftri homines dampna recipiunt fatis magna, nos igitur huiusmodi pravitates ad ftatum meliorem reducere cupientes, noftris confulibus Stendalienfibus hoc mandando concedimus, quatenus fuis concivibus videlicet lineis textoribus fraternitatem, que vulgariter Inninge nuncupatur, tribuant tali jure, et fi quid falfitatis in opere eorum inventum factum fuerit per eosdem, hoc predicti confules fecundum juris ordinem judicent et rigorem, et fi de villis fimiliter fuerit in civitatem Stendale importatum, modo fimili judicabunt. In cujus rei et mandati evidenciam ampliorem prefentes literas ipfis confulibus donamus figilli noftri munimine roboratas. Actum et Datum Tangermundis, Anno Domini M°. CCC°. IX°., in feflo pentecoftes, prefente Domino Nicolao de Buek, noftro Dapifero.

Nach dem Originale im Rathsarchive der Stadt Stendal No. 43.

LXXV. Markgraf Woldemar erläßt den Lehngüter beſitzenden Bürgern Stendals für ſich und ſeinen Nachfolger die Lehnbede, am 11. Juni 1310.

Vt res geſte habeantur in memoria ſempiterna, neceſſaria eſt ipſarum deſcriptio, ne poſteri, oblivione moti, denegare valeant maturo priorum conſilio ſtabilita. Ea propter nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landesberch Marchio, tutorque inclyti Johannis, de Brandenburch Marchionis, univerſis civibus civitatis Stendal bona pheodalia actu habentibus, vel procedente tempore de noſtra collacione habituris, talium bonorum pheodalium precariam ex nunc de noſtra libera voluntate dimiſimus et in perpetuum per preſentes literas ſimpliciter relaxamus, ita ſane, quod dictos cives univerſos ac ſingulos nos vel heredes aut ſucceſſores noſtri, et precipue dictus Marchio Johannes, cujus tutelam gerimus, perpetuo a ſolucione talis pheodalis precarie liberos eſſe velimus, ut premittitur, et exemptos penitus absque dolo. Idem quoque Marchio Johannes hujusmodi relaxacionem, ſi nos ſine heredibus, quod abſit, mori contigerit, de vigore preſentis pagine ſuis confirmabit literis, gratum habiturus et ratum omnino, cum ad annos pervenerit etati legitime deputatos, id eſt, cum compleverit duodecimum annum ſuo curſu. Quod quidem eo in termino implere, ſi Deo concedente vivemus, efficiemus et procurabimus cum effectu. Quilibet vero civium dictorum in hujus noſtre indulſionis recompenſam nobis de quolibet fruſto reddituum pheodali, quod a nobis in pheodo tenet, tres ſertones Brandenburgenſis argenti et ponderis plene in numerata pecunia erogavit, de quibus quemlibet eorum quitum et liberum omnino dicimus literas per preſentes, quas in premiſſorum omnium evidens teſtimonium ipſis civibus de noſtro conſenſu et certa ſciencia tradidimus noſtri ſigilli munimine roboratas, aliis nichilominus omnibus ipſis ante a noſtris ac noſtrorum progenitorum literis indultis permanentibus ſalvis in ſuo robore penitus et illeſis, quod non ſolum a nobis, verum eciam a noſtris heredibus vel ſucceſſoribus jugiter volumus inviolabiliter obſervari. Teſtes autem hujus rei ſunt illuſtris Albertus de Anhalt, Comes, noſter ſororius, Henricus et Ghevehardus de Aluensleue, Nicolaus et Bernardus de Buck, officiales noſtre curie, Droyſeko de Crochere, Heinricus de Rochowe et Gherardus de Kerkowe, milites, et quam plures alii fidei teſtimonio decorati. Actum et Datum Tangermundis, Anno Domini M°. CCC°. X°., in die beati Barnabe Apoſtoli.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 44.

LXXVI. Privilegium des Raths zu Stendal für die Gilde der Kürſchner, vom 25. Februar 1312, erneuet am 1. Auguſt 1449.

In dem name de heilighen vnde vndeyliken drieualdicheit etc. — Wy Radmanne to Stendall Begheren witlike to ſynde — Dat wy met guden vorrade vnde ſulborde vnſer klokeſten vnde wiſeſten Borghere Vnſen leuen medeborghern die korſſenwrechtere eſte Pelzere ſint genomet, — eyne Broderſchopp, geheiten eyne jnninghe, gegheuen hebben met ſodanem rechte, alſe

dir na klarliken werdt bewiſet. To dem erſten Nemand ſchal ouen dat korſſenwrechter effte Pelzer ambacht in der Stad to Stendal, he en hebbe aller erſten de Borgherſchopp von den Radmannen erworuen vnde ok de Broderſcopp vnde jnninghe der korſenwrechtere efte Peltzere, alſe ſe. Sunder wolde itlik van Borgheren ſiner huſſrouwen eddir ſiner dochter efte ſick ſulues in ſynem huſe eyn par kleder maken, dat mach eyn ichlik wol don. Wolde ouer ymand to kope arbeiden eynem Riddere eddir guden manne effte anders ymande, de ſcal wynnen de Borgerſcopp vnde deſgelyk ok ere Broderſcopp. We anders dar entiegen dede, de ſcal dat vorbuten met eynem pünde, dat ſchal de Stad halff hebben vnde de andere helffte beholdet ere ghilde. Vortmer eyn Sone, des vader de Broderſcop efte Inninghe vor ſiner gebort gehat heft, Beghert he darjnne to komende, hefft he ſik höuiſch geregiret vnde tüchtlike, ſo ſchal men en entfangen to der erſten morgenſprake, wan he darvmme biddet, vnd vor den Inghangk ſcal he gheuen achteyn penninghe, de ſcollen ſe met der Stad like deylen, Sunder eyn Sone, des vader de broderſcopp vor ſiner gebort nicht gehat heft, den ſcal me togheren van der erſten morgenſprake, wan he darvmme biddet, went jn de dridde morgenſprake vnde iſt he van echter gebort vnde in ſiner handelinge louelik vnd höuiſch, ſo mach vnd ſcal me en entfanghe vnde vor ſinen Inghangk ſcal he gheuen dre margk Stendalſcher penninghe. Darvan ſcal de Stad twe margk hebben vnde dridde beholt ere gilde. We olt werck ſettet vnder nyge, de vorliſet ſine broderſcopp eyn jar vmme. Iſſet, dat he ſe wedder hebben wil, ſo ſcal he to dem erſten gheuen eyn pund, dat wy met erer broderſcop like deylen vnde vor den Inghangk ſcal he gheuen dre Margk, icht he de broderſcopp vor ny gehat hedde vnde eyn pund waſſis. Der penninghe nemmet de Stad twe deel vnde dat dridde deel beholdt ere gilde, Sunder dat was, dat ſcole ſe beholden to eren lychten. We ſinen medebroder jn der Morgenſprake ſleyt eddir wundet, de ſcol ſine broderſcop vorloren hebben eyn gantz jar vmme. Begheret he ſe denne weddir to hebbende, ſo ſcal he to deme erſten gheuen eyn pund, dat wy alſe vorhen met erer gilde like deylen vnde dre margk vor ſinen Inghangk der gilde, des geldes nemmet de Stad twe deel vnd dat drudde nemmet ere gilde vnde ſcal deſgelick gheuen eyn pund waſſis to den lichten vnde ok weddet he ichliken meiſtere eynen ſchillingh vnd ichliken gildebroder weddet he ſes penninghe vpp gnade. Vorder efft we ſynen medebroder buten der Morgenſprake miſhandelde met worden eddir met werken, dat ſcal he beteren met viff ſchillingen vnde offt dat twe eddir dre medebrodere höreden vnde betugen, dar mede werdt he gentzlik vorwunnen: dat geld ſcal de Stad vnd de gilde like deylen. Vnde alle genutte vnd broken, de jn der gilde fallen vnde der Stad anlanghen, ſcollen de meiſtere vppnemen vnde gantz bewaren, bett des fridages na dem feſte der hemmeluart vnſes heren vnde des fridages na ſente Martini dage, wan ſe den tyns van erem huſe bringen, ſo ſcolen ſe der Stad deel, dat went an de tyde gefallen is, den Radmannen met dem tynſe vpp antworden vnde de Meyſtere ſcollen macht hebben van allen broken jn der Morgenſprake gnade to donde. Vortmer nemant, de de Borgerſcopp nicht en heft, mach jn deſſir Stad velle kopen entellen myn wan eyn ferndel to ſamene: we darane breckt, de ſcal id vorbuten met viff ſchillingen, de ſcolen de Stad vnde ere gilde lik deylen. Die korſenere efte pelzere van andern Steden effte we anders werck to vorkopende hedde en mogen noch en ſcolen nicht ſtan met vnſen korſenern eſte peltzern, den allene jn den Jarmarkeden, de wile de waren, ſo mogen ſe met en ſtan to ſamene vp erem huſe. We dar en weddir dede, de ſcoldet beteren met viff ſchillingen, der Stad vnnd gilde like to deylen. Vortmer nyge ledder, dat erch heytet, ſcal nemant, de de Broderſcopp nicht en hefft, to kope vppe olt letten. Ok ſcal nemant ſinem medebroder vnderkop don: we dat dede, de ſcal id verbuten met

viff ſchillingen, de ſcollen de Stad vnde de gilde like deylen. Vorder wan ymant van der broderſcop ſcal entſettet werdin vmme broke willen, ſo ſcollen de meiſter Twe vth dem Rade darto heyſſchen, de dy ſake verhoren vnde de warheit derkennen. Vnd wan de meiſtere Morgenſprake hebben willen, dat ſcolen ſe eren gildebrodern verkundighen laten, vnde ſo vake alſe ſe ymant vorſumet, ſo vake weddet he viff ſchillinge, Iden ſy denne dat he redelke hulperede hedde. Dat geld ſcollen ſe met der Stad like deylen. Vorſumede ok ymand enighe ſprake, de em van der Stad eddir gilde gewerff wegen gekundiget worde, dat ſcal he beteren met Ses penningen, de ſcal ere gilde allene beholden. Were ouer ymand, de ſunder not freuelke vnd weddirſtreuigh to dren tyden beſethe vnd nicht en qweme, wan he vorbodet were, den ſcal me leygen van der broderſcop vnde ſcal ſe weddir wynnen, eſſt he ſy weddir hebben wolde, gelik eſſt he der vor ny gehat hedde. We eyns andern knecht vth dem dinſte ſines herren mydet, de ſcal id betern met viff ſchill. der Stad vnd gilde like to deylen. Sy en ſcolen neyne gelouede noch vorbintniſſe vnder ſik maken, de iegen de Stad weren*), des wy en doch nicht gelouen. Ydoch eſſt id geſchege, denne hebben de Radmanne vullemacht er broderſcop to vorleggende. Vortmer en ſcollen ſe neyne nyge geſette dichten edder ſchicken ane deſſe allene. Ouer weret, dat ſe wes gudes, dat erem wercke nütte were, kunden erdencken, dat ſcollen ſe an de Radmanne bringhen to beſtedigende. Ok ſcal eyn ichlik weſen to der bygraffſt vnnd to dem offere ſines medebroders vnde ſine ſpende gheuen by enem punde waſſes. Er hogheſte gewedde ſcollen weſen viff ſchillinge. Alle de genne, we deſſim geſette entiegen is vnde weddirſtreuich to themmende vnd ſtraffende ſynen weddirmöt, dar ſcollen en de Radmanne to behulpen weſen. Vorbat des fridages vor dem Sondage, wan men ſinget in der hilligen kerken Inuocauit me, ſcollen ere nyge meiſtere vmbebodet komen vpper löuene vor de Radmanne vnd ſweren, dat ſe alle ſtucke in diſſem brieue dat jar ouer gentzlike holden willen —. Geſchin vnd gegeuen Na der bort criſti vnſes heren dufent drehundert jn dem Twelften Jare, des fridages vor dem Sondage jn der vaſten, wan men ſinghet Oculi mei, jn iegenwordicheyt der heren Ghiſe ſchadewachten, Bartold von Hemerte, Hinrik van Jerchow, Jacob van ſluden, Hinrik von borken, Hans klot, Hans gerdanges, Cord ſtorm, Henningh dufer, Ruloff von biſmarke, Hinrik ſtalberg, Henningh kremkow, to der tyd Radmannen. — Dit priuilegium vnde gildebriff is den korſſenwrechteren effte Peltzern vth dem latine jn Dudiſch vernyget, in etliken artikelen vorclaret, beſtedighet vnde weddir mit der Stad grote Ingeſegil, dar dat kleyne to rugge angedrucket is, vorſegilt, gegheuen Nach der gebort criſti vnſes heren Duſent virhundert, jn dem Neghen vnde virtigſtem Jare, an dem fridage nah Sente Jacobi dage des hilligen Apoſteles.

Nach dem Original des K. Geh. Staats-Archives K. 442. — Von dem lateiniſchen Urterte befindet ſich im Stendalſchen Raths-Archive noch eine alte Copie.

*) Dieſer Passus wurde 1488 dahin geändert: de iegen de herschafft vnd de Stad weren — vth beuehlung des — gnedigsten herren Marggrauen Johansen — wie in margine dabei bemerkt iſt — doch vnschedlich s. gnaden furstliken gerichten vnd oberkeiten.

LXXVII. Markgraf Woldemar verpfändet 80 Mark jährlicher Hebungen aus Stendal an Ebelin von Buzft, im Jahre 1313.

Noverint univerſi preſencia viſuri ſeu audituri, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landesberge Marchio, tutorque incliti Johannis, Marchionis Brandenburgenſis, contulimus Ebelino de Buzſt, ſuis et fratris ſui Henningi bone memorie heredibus, octoginta marcas juſto titulo pheodali, quas quidem Burgenſes civitatis Stendal ſingulis annis nobis dare tenebantur, perpetuo poſſidendas. Proinde nobis ſexcentas marcas erogaverunt. Si vero a feſto Walburgis nunc proximo venturo uſque ad duos annos in antea computandos eiſdem ſexcentas marcas reſtituerimus, ex tunc antedicte marce integraliter ad nos et noſtros uſus revertentur, devenient, ſicut prius de predictis civibus nobis dande. In cujus rei evidenciam ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus ſunt: Nicolaus de Buck, Droyſeko, milites, Henricus, Decanus, Sloteko, noſter protonotarius, et plures alii fide digni. Actum et Datum Anno Domini MCCCXIII, feria tercia poſt Dominicam Invocavit.

Hiſtor. Sammlung S. 372.

LXXVIII. Markgraf Woldemar verſpricht den Bürgern der Stadt Stendal zur Dotation der von ihnen gegründeten Marien-Kapelle 10 Stück, ſofern ſie ſolche erkaufen können, zu vereignen, am 23. Februar 1314.

Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, ad quod preſens ſcriptum deferetur, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landesberg Marchio, tutorque incliti Johannis, Brandenburgenſis Marchionis, de matura providaque deliberacione prudentibus viris nobis fidelibus civibus in Stendale, qui ad laudem dei omnipotentis capellam ejusque genitricis virginis Marie, nec non ad ſalutem fidelium animarum plantarunt, proprietatem decem fruſtorum, dum iidem emere poterunt, dedimus ac damus literas per preſentes donacione libera, prout jus proprietatis requirit, renunciantes in eisdem noſtro juri, quod nobis aut noſtris ſucceſſoribus poterit competere tempore ſuccedente. In evidenciam hujus noſtre litere donacionis preſentibus noſtris fidelibus Henningo, Hinrico de Stegelitz, fratribus, nec non Henningo de Blanckenborch, Bernardo de Buck, Slotekino, noſtro protonotario, et quam pluribus aliis fide dignis ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Spandow, Anno Domini MCCCXIV., in vigilia beati Matthie.

Nach Lenz Br. Urk. S. 190. 191.

LXXIX. Markgraf Woldemar befreiet die Stadt Stendal von aller Heeresfolge außerhalb ihrer Stadtmauern, am 24. Februar 1314.

Vniuerſis, ad quod preſens ſcriptum peruenerit innoteſcat, Quod nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie marchio, Tutorque Incliti principis Johannis marchionis Brandenburgenſis, prudentes viros Conſules ac vniuerſitatem Ciuitatis noſtre Stendalgenſis ea duximus prerogatiue gracia extollendos, ac talem ipſis concedimus libertatem, quod propter nullius gwerre uel diſſenſionis oportunitatem vbicumque licet futurarum ipſi Ciues poſſint vel debeant per nos vel per alium noſtro nomine trahi uel vocari pro defenſione aliqua uel ſubſidio faciendo inuiti extra muros et ſepta Ciuitatis eiuſdem, ſed intra muros ſuos tantummodo inſultus, ſi qui ipſis imminebunt, teneantur pro viribus propulſare et nullius intuitu neceſſitatis extra Ciuitatem modo aliquo euocari. Proinde predicti noſtri ciues dederunt nobis complete ducentas marcas argenti brand. et pond. eiuſdem — Teſtes — Bartholdus Schenko, Henningus de Blankenborch, Henningus et Heinricus de Steghelitz, bernardus de buk milites, Slotheko, noſtre prothonotarius curie et alii fide digni. Datum per manum Hermanni de Luchow, noſtre clerici in Spandow, die beati Mathie apoſtoli, Anno domini M°. CCC°. XIIII°.

Nach dem Orig. im K. Geh. Staats-Archive K. 442. Daſſelbe iſt mit einem Einſchnitte verſehen und in dorso mit der Bemerkung: Valet pessime. Die Urkunde war bisher in der Lenz'ſchen Sammlung abgedruckt, jedoch mit dem Datum die Mathei apostoli (21. Sept.).

LXXX. Markgraf Woldemar verleiht den Städten Stendal, Tangermünde, Gardelegen und Oſterburg das ausſchließende Recht zu malzen, am 16. Juli 1314.

Noverint univerſi, ad quos pervenerit preſens ſcriptum, quod nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et Landeſberge Marchio, noſtris fidelibus civibus civitatum Stendale, Tangermunde, Oſterborch et Gardelege univerſis et ſingulis ſubſcriptam libertatem indulſimus et per preſentes literas valituram perpetuo indulgemus. Nullus ſiquidem hominum reſidens in rure Tangermundenſi et Gardelege advocaciarum, cuiuſcunque ſtatus exiſtens, ſive ſit prefectus, tabernarius, villicus vel villanus aut alterius condicionis, de cetero braſium facere debet, exceptis militibus et armigeris inibi morantibus, in quorum curiis ſingulariter nil plus braſii parari debet, quam pro cujuſlibet cereviſia ſufficit annuatim. Ceteri vero braſio indigentes id emendo in dictis civitatibus et non alias, dum indigerint, comparabunt. Quicunque autem auſu temerario contra fecerit, penam proinde decem cenſebitur lùere talentorum, quorum quinque ad nos, et reſidua quinque ad predictarum civitatum cives diſtinctim pro modo emende exceſſus hujusmodi pertinebunt. Quam quidem pecuniam nos aut noſtri heredes, ſi quos Deo dante procreaverimus, ſeu ſucceſſores per noſtros advocatos tunc temporis, dum per ipſos cives exquiſiti fuerint, procurabimus extorqueri. Proinde prefatarum civitatum cives videlicet Stendalienſes nonaginta marcas argenti, Tangermundenſes triginta, Gardele . . ., Oſterborch nobis in parata pecunia per-

ſolverunt, de quibus ipſos quitos omnino dicimus literas per preſentes, quibus noſtrum ſigillum in hujus facti evidens teſtimonium eſt appenſum, preſentibus teſtibus ſcilicet nobili viro Domino Gunthero Comite de Kevernburg, Nicolao et Bernhardo dé Buk, Bertoldo pincerna, Henrico de Rochowe, militibus, et Lothekino, noſtre curie prothonotario, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum Sandowe, Anno Domini MCCCXIV. in craſtino diviſionis beatorum Apoſtolorum.

Nach Lenz Br. Urk. S. 191. 192.

LXXXI. Markgraf Woldemar vereignet einem Altar in der Marienkapelle zu Stendal gewiſſe Hebungen, am 27. Auguſt 1314.

In nomine Domini. Amen. Oblivio omnia, licet legaliter et civili peragantur providentia in nichilum redigit, niſi et teſtimonio literarum in memoriam perducantur eternam; Hinc eſt, quod nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgenſis, Luſacie et de Landeſberg Marchio, recognoſcimus per hec ſcripta, quod propter Deum et animarum noſtre et noſtrorum progenitorum ſalutem dedimus et ſolempnitate, qua expedit, donamus liberaliter abſque onere precarie cujuſcunque proprietatem decem fruſtorum duri frumenti, quorum duo ſita ſunt in villa Mokeren, unum in villa Yrckfleve, tria in villa Stenveld, et in villa Inſel quatuor, et hec decem ſunt ſituata ad altare quoddam ſtructum in Capella beate Marie in civitate Stendalienſi, conſecratum in honorem ejuſdem glorioſe virginis et beatorum Johannis Baptiſte et Matthie, Renunciantes dicte proprietati ſolempniter quoad nos, heredes noſtros nec non quoſlibet ſucceſſores perpetuo in hiis ſcriptis. Et pro hujusmodi noſtra liberalitate per Rectorem ejuſdem altaris in omnibus noſtrorum progenitorum, noſtri et noſtrorum ſucceſſorum anniverſariis memoria ſolempnis in vigiliis atque miſſis erit. De predictis quoque decem fruſtis Rector altaris ejuſdem tollet annuatim octo fruſta, reliquis duobus vinum, oblate, et neceſſaria alia et luminaria ad dicti altaris officium expediencia comparentur. Et ut hujuſmodi factum ſalutare maneat perpetuo inconvulſum, preſens ſcriptum dari juſſimus noſtri ſigilli imagine roboratum. Preſentes teſtes ad hoc vocati ſunt Reverendus pater Dominus Fredericus, eccleſie Brandenburgenſis Epiſcopus, Illuſtris princeps Dominus Albertus Comes de Anhalt, dilectus noſter ſororius, Guntherus de Kevernburg Comes, noſtre curie Dapifer, Bertoldus Schenko, Bernardus de Buck, milites, Sloteko prepoſitus Dymminenſis cum pluribus aliis fide dignis. Datum Ratenow, Anno Domini MCCCXIIII. feria tertia proxima poſt diem Beati Bartolomei Apoſtoli.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 188. Lenz a. a. O. 198.

LXXXII. Markgraf Johann verſichert die Stadt Stendal für den Fall, daß ſie an ihn fallen ſollte, ihrer Rechte, am 13. Dezember 1314.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis Amen. Johannes, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, omnibus preſentes literas viſuris ſeu etiam audituris ſalutem in omnium ſaluatore. Quum ingrata mater erroris obliuio geſta fidelium crebro diluit et annullat, niſi fuerint linguis teſtium vel ſcripturarum beneficiis perhennata; Inde eſt quod ad notitiam tam modernorum quam futurorum peruenire cupimus preſentibus publice profitentes, nos ciuitatenſibus ciuitatis Stendale univerſis firmiſſime promiſiſſe, Quod ſi jam dicta ciuitas Stendale fortaſſis ſub noſtro dominio redacta ad nos quomodolibet deuolueretur temporibus affuturis, quod uniuerſas libertates, quas a kariſſimis patruis noſtris videlicet Ottone, Conrado, Johanne ac noſtro ſororio Woldemaro atque eorum progenitoribus Marchionibus Brandenburgenſibus ſunt adepti, eiſdem ciuibus Stendalienſibus ac poſteris eorundem ſecundum formam priuilegiorum ſuorum Nos noſtrique ſucceſſores per omnia taliter conſeruare ac tenere perpetuo debeamus atque gratanter velimus, eaſdem libertates preſentibus confirmando, utpote noſtri patrui predicti ac noſter ſororius predictus ipſis ciuibus ſuis in literis promiſerunt, quas quidem memorati ciues ſuis literis et priuilegiis poterunt demonſtrare. Nos quoque ac noſtri ſucceſſores uniuerſi ſepedictos ciues Stendalienſes atque eorum ſucceſſores ſupradictas libertates aggrauare ullis petitionibus aut importunitatibus perpetue non debemus nec volumus ullo modo. Vt autem premiſſa uniuerſa eiſdem inconuulſa perpetuo teneantur, preſentes literas ſigilli noſtri munimine roboratas ipſis dari juſſimus in teſtimonium et munimen preſentibus noſtris fidelibus Hinrico, Frederico, Gheueardo de Aluenſleue, Lodewico de Wanzleue, Henrico Scencken, Droyſekino de Cröchern, militibus et quam pluribus aliis ſatis dignis. Datum et ſcriptum per manus Hermanni de Arneburch noſtri Notarii, in Spando, Anno domini M°. CCC°. XIIII°., die Lucie virginis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 45.

LXXXIII. Markgraf Woldemar beſtätigt dem St. Georgen-Hoſpital zu Stendal die ihm durch Ritter Gerhard von Kerkow zugewandten Beſitzungen in Oſtheren und Kl. Möringen, am 1. März 1315.

Univerſis Chriſti Fidelibus, quibus preſens ſcriptum oſtenſum fuerit innoteſcat, quod nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, propter merita et fidelitatem, quibus fidelis noſter Miles Gherardus de Kerkowe apud noſtram extollitur reverentiam, dedimus et Damus eidem militi liberaliter proprietatem quatuor Chororum Sitorum in Villis Oſtherren et parva Moring ſiliginis et Ordei, quos Choros cum proprietate eorundem idem Miles reddidit prudentibus Viris Conſulibus in Stendal, qui hujusmodi Choros et proprietatem in Sublevamen leproſorum a Deo percuſſorum, qui extra communionem a facie Populi ſunt Projecti, capelle dictorum abjectorum ad honorem beatorum Mauritii et beate Margarete in Salutem ſuarum

atque ſuorum Progenitorum et Succeſſorum animarum Zelo ducti miſericordie apponere curaverunt, que quidem Capella extra et Prope Civitatem Stendal predictam noſcitur ſituata, et ut hujusmodi factum pietatis ſemper maneat inconvulſum, preſentibus literis apponi juſſimus noſtrum ſigillum ad geſte rei memoriam ſempiternam. Teſtes ad hoc vocati ſunt: Bartholdus Schenko, Redeco Marſcalcus, milites, Sloteko Prepoſitus Dyminenſis et alii fide digni. Datum Tangremunde, per manum Hermanni de Luchowe, Anno Domini Milleſimo CCCXV, Sabbatho ante Dominicam Letare proximo.

Beckmann's Beſchr. a. a. O. Sp. 133. 134.

LXXXIV. Das Capitel der Nicolaikirche zu Stendal bekundet, daß die von ihm für die Curie ſeines Scholaſticus erworbene Hausſtelle den bürgerlichen Laſten unterworfen bleiben ſoll, am 6. Dezember 1316.

In nomine Domini Amen. Cum errorum mater oblivio geſta fidelium deleat ſeu gerenda, niſi linguis teſtium vel inſtrumentis publicis apercius perhennentur; Nos igitur Segervs, Dei gracia Stendalienſis eccleſie prepoſitus, Hinricus eadem miſeracione Decanus, nec non totum ejuſdem eccleſie capitulum tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod area illa, in qua quondam morabatur Conradus Fullo, dictus Carpentarius, que nunc applicata eſt ad curiam Domini Theodorici de Luderitz, eccleſie noſtre Scholaſtici, debet ad jura civitatenſia ſive ad collectam, que Scoth dicitur, et ad vigilias tempore ſuo debitas et ad omnia jura, ad quod teneretur domus ſeu hereditas, que in predicta area locata eſſet, et ad que tenebatur domus, que prius ſita erat in ſepe dicta area, eſſe perpetuo obligata. In quorum evidenciam ſigillum capituli noſtri tenori preſencium duximus appendendum. Datum Stendal, Anno Domini MCCCXVI. in die beati Nicolai Epiſcopi et confeſſoris.

Nach Lenz Br. Urk. S. 204. 205.

LXXXV. Markgraf Woldemar vereignet dem St. Georgen-Hoſpital in Stendal Hebungen aus Steinfeld, am 10. November 1317.

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgenſis et Lufatie Marchio, Recognoſcimus publice in his ſcriptis, quod propter Deum, noſtreque ac noſtrum Progenitorum et ſucceſſorum ſalutem animarum dedimus donacione libera Proprietatem quatuor Chororum ſiliginis in Villa Stenveld, qui quondam fuerunt Domini Henningi de Luderiz bone memorie, et quatuor Chororum et unius modii duri frumenti in Villa Dalem, qui quondam Dominis Vlaſchmenger pertinebant, Domui Leproſorum extra Civitatem noſtram Stendalgen-

ſem Domino Servientium, Ita quod dicti octo Chori et modius ad ipſos a Deo percuſſos preſentes et futuros debeant cum omni jure, precaria, fervicio quocunque, cum omni libertate abſque onere Gravaminis cujuſlibet pertinere. Renunciantes dicte proprietati ac Choris et Juri, ſi quod nobis vel noſtris ſucceſſoribus poſſit competere inſuturo. Et ne de hoc dubium aliquod naſcatur apud Poſteros, preſentem literam noſtro ſigillo cum teſtium ſubſcriptorum adminiculo dari ſuper eo juſſimus. ſigillatam. Teſtes hi ſunt Conradus de Rederen, Bartholdus Schenko, Heinricus de Rochow, Albertus de Klepez, noſtri milites, Everardus Prepoſitus Stolpenſis, Conradus de Borſtel et Hermannus de Luchowe, noſtri Cappellani, cum aliis fide dignis. Actum et Datum Wuſterhuſen in noſtra preſencia. Anno Domini Milleſimo CCCXVII. Vigilia Beati Martini Epiſcopi et Confeſſoris.

Nach Beckmann's Beſchreib. a. a. O., Sp. 134. 135. mit Verbeſſerung offenbarer Druckfehler.

LXXXVI. Markgraf Woldemar vereignet auf Antrag Ebelins von Bueſt demſelben Hoſpitale einige Hebungen, am 16. April 1318.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandenborgenſis et Luſatie Marchio, — propter inſtantiam deuotam domini Ebelini de Bueſt, noſtri militis fidelis, dedimus — proprietatem omnimodam vnius chori ſiliginis et unius chori ordei in manſis fritſeconis, dicti de Stendal, ciuis noſtri de Tangermunde, hominibus infirmis a Deo percuſſis in domo extra ciuitatem Stendalgenſem degentibus — Teſtes — Nobilis vir Guntherus de Keuernberg, Droyſecko, Conradus de Redern, Fridericus de Aluenſleue, Slotecko, Redeko de Redern — milites. Actum et datum Tangermunde, anno Domini Milleſimo Tricenteſimo decimo octauo, in feſto palmarum.

Wolbrück's Geſch. Nachr. v. d. F. v. Alvensleben I, 164.

LXXXVII. Die Markgräfin Agnes von Brandenburg, Woldemars Gattin, beſtätigt die Stadt Stendal, am 26. April 1318.

Wie Agnes, von godes gnaden Marggreuinne tu Brandenborch, bekennen unde betügen in deſſeme opene breue, dat wie die truwen Lüde, Borghere to Stendal, de nu ſint unde noch werden moghen, ſcolin laten by alle der Vryheit unde by alle deme Rechte, als unſes lieuen Heren des Edelin Furſtin Marggreuin Woldemars unde ſiner Elderen brieue ſpreken. Des hebbe wi tu einer betuginghe darouer deſſen brief gegeuin, beſegelt mit vnſeme Inſegele. Deſſer Dinge ſint tughe de edele Man Greue Günther van Keuernberg, Her Conrad von Redere, Her Droyſeko, Her Slotheko, Her Broſeco, vnſe Schenke, Her Hinrik van

Schenkendorp, Her Gerke van Kercow, vnſe Cammermeiſter, die Riddere, Her Heinrich, de Decan was tu Stendal, Her Segher, Prouiſt darſulueſt, Her Thidemannus, Prouiſt tu Grandzoy, Her Euert, Proueſt tu Stolpe, Her Criſtianus, Perrer tu Morin, Meiſter Jan van Haluerſtad, unſe Arzſte, unde Hermanus van Lüchowe unde andere gute Lude, den man wol louen mach. Dit ding is geſchen und deſſe breef is gegewen tu Tangermunde, na der Bord unſes Herren godis duſint Jar, drihundert Jar, in deme achteinden Jare, des Mydwekens in den Paſchen.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 46.

LXXXVIII. Privilegium des Biſchofs Albrecht von Halberſtadt für die Auguſtiner Eremiten in ſeiner Diöceſe, namentlich auch in Stendal, in der Wiſche und auf der Heide in der Altmark, vom 9. Juni 1318.

Albertus, Dei gracia Halberſtadienſis eccleſie Epiſcopus, religioſis viris Prioribus ceteriſque fratribus heremitarum ordinis ſancti Auguſtini noſtre dyoceſeos preſentibus et futuris ſalutem in Domino. Univerſalis eccleſiaſtice vinee Dominus Jheſus Chriſtus in vinea ſancte ſue eccleſie cultores veros ſua ſapientia infinita vos ordinavit, qui pompis ſeculi abrenunciantes ſpectaculum mundo facti eſtis, ejus vineam colentes jugi famulatu. Ea propter dilectiſſimi ex paſtoralis officii ſolicitudine, cujus dignitatem licet univerſi (immeriti?) gerimus, vos ſpecialiter amplectimur brachiis eterne karitatis, Annuentes piis veſtris deſideriis et petitionibus nuper nobis porrectis, omnes gratias ſedis apoſtolice, libertates, privilegia ac omnia, que ſub bulla vera et inconvulſa demonſtrare poteſtis, indulgencias quoque predicte ſedis ac alias, quas a dominis Archiepiſcopis et Epiſcopis vos habere certis et veris inſtrumentis oſtendere poteritis, graciam inſuper predicacionis et confeſſionis, qua ſuffulti eſtis copioſius ſecundum formam privilegiorum Domini Bonifacii Pape octavi ſic dicentis: Tibi filii etc. Prior generalis per te etc. vobis vero provinciales priores in provincialibus veſtris capitulis cum diffinitoribus ipſorum capitulorum fratribus ejuſdem veſtri ordinis ſacerdotibus in ſacra pagina eruditis examinatis et approbatis, a vobis predicacionis et tam ipſis quam aliis fratribus dicti ordinis ad id ydoneis audiendi confeſſiones, abſolvendi confitentes, injungendi eis penitencias ſalutares, officia auctoritate apoſtolica committendi eiſdem quoque fratribus, quibus dicta officia per vos taliter commiſſa fuerint, quod illa libere valeant exercere, plenam tenore preſencium damus et concedimus facultatem; diſtrictius inhibentes, ne quis fratres ipſius ordinis, quibus dicta officia taliter committenda duxeritis, in executione officiorum ipſorum audeat quomodolibet impedire, preſentibus confirmamus. Et quia ad exeqvendum hujuſmodi officia nobis perſonas per diffinitores veſtrorum capitulorum provincialium preſentaſtis examinatas et approbatas certum numerum ſingulis conventibus deputantes, Nos ipſos fratres per totam noſtram dyoceſin benigno et gracioſo favore admittimus in noſtri oneris ſublevamen acceptantes pro conventu Halmeſtadienſi quatuordecim ſacerdotes ad predicandum et confeſſiones audiendum, pro conventu Porteceli duodecim, pro conventu Quidelingenburgenſi totidem, et totidem pro conventu in Sangerhuſin, tres vero terminarios cum ſuis ſociis de conventu Magdeburgenſi in ſuis terminis

Stendal ſcilicet Prato et Merica, quos qvidem fratres ab omnibus prelatis; cujuſcunque co[illegible]dicionis exiſtant, abbatibus ſcilicet, Prioribus, Prepoſitis, Decanis, archidyaconis, Archipreſbyter[illegible], Plebanis, Viceplebanis, Capellarumque rectoribus per noſtram dyoceſin conſtitutis, quibus preſent[illegible] litere fuerint exhibite, in premiſſis actibus, puta confeſſionis et predicationis, ſine omni contradictio[illegible]e ſeu cujuſcunque conſtitutionis in contrarium allegatione admitti et promoveri ſerioſius volumus [illegible] mandamus. Preſertim de gracia ſpeciali adjicientes, ut omnibus graciis, libertatibus et privile[illegible] a noſtris predeceſſoribus vobis conceſſis uti poſſitis, prout uti hactenus conſveviſtis. Preterea omnibus loca veſtra cauſa devotionis viſitantibus manumque adjutricem ſive in locis ſive alibi porrigentibus cunctiſque predicacionem a fratribus, de quibus predictum eſt, audientibus quadragin[illegible] dies indulgencie ſingulis vicibus de injuncta ſibi penitentia miſericorditer in domino relaxamus. Datum Halberſtadt, anno Domini MCCCXVIII, Pontificatus noſtri anno quarto decimo, quin[illegible] ijdus Junii.

Hiſtoriſche Sammlung Heft II, S. 126—129.

LXXXIX. Markgraf Woldemar geſtattet der Stadt Stendal, daß Vorladungen derſelben vor das Land-Gericht, denen ſie nachzukommen verhindert iſt, auf andere Tage prorogirt werden, am 4. Mai 1319.

Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, tenore preſencium ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod per donacionem preſentis ſcripti conceſſimus et concedimus fidelibus noſtris civibus civitatis Stendal, ſi in judicio communi populo vel cuilibet iudicium petenti reddendo, per ferias ſeu dies feſtos occurrentes fuerint impediti, ex tunc poſſint dies ac tempora juridica in tempus aliud prorogare. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum Tangermunde, Anno Domini MCCCXIX. feria ſexta poſt feſtum beatorum Apoſtolorum Philippi et Jacobi.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 47.

XC. Markgraf Woldemar überläßt der Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel, am 4. Mai 1319.

In nomine Domini Amen. Nos Woldemarvs, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus et ad univerſorum notitiam tenore preſencium publice voluimus venire, quod noſtris fidelibus civibus univerſis civitatis Stendal, tam preſentibus quam futuris, dedimus ac per preſentes literas, habita ſuper hoc noſtrorum diſcretorum atque noſtra deliberacione prius matura, damus villam, Neu Winckel dictam, cum omnibus ſuis pertinenciis, ſcilicet agris

tis et incultis, lignis, aquis, pratis et paſcuis et paludibus ac ceteris aliis ad ipſam pertinentibus, ›cunque nomine cenſeantur, cum omni jure, judicio ſummo et imo, cum omni utilitate et pro- ɛtate, prout ipſam, dum noſtra eſſet, poſſedimus, ex nunc et in perpetuum libere et juſto pro- ɛtatis titulo poſſidendam. Renunciantes in preſentibus ſolempniter quoad nos noſtroſque here- ı, ſi quos, deo concedente, procreaverimus, omni juri, actioni et proprietati, que in dicta villa ɛtenus habuiſſe dinoſcimur, aut poſſent competere in futurum. Predicti eciam cives tam preſen- quam poſteri liberam habeant facultatem agendi, diſponendi et ordinandi de dicta villa, quoad nia ejuſdem ſubſtancialia et accidentalia, prout ipſis magis videbitur expedire. Hereditates quo- ɜ reſidencium in villa predicta et proventus, ſi qui ſint inibi, ipſi cives juxta commune forum ac cium, quod vulgariter Lantkoop dicitur, comparabunt titulo empcionis. Pro predicta vero pro- ɛtate ſepe dicte ville prememorati cives pro ſe, ſuis ſucceſſoribus, nobis et illuſtri femine noſtre mine Anne Duciſſe Wratiſlavie, octoginta marcas Brandenburgenſis argenti et ponderis in ata pecunia perſolverunt, de quibus ipſos omnino quitos per preſentes literas nunciamus. Et ſuper hujuſmodi noſtra donacione per nos rite facta in poſterum cuiquam dubium oriatur, pre- tes literas deſuper ſcribi juſſimus et noſtri ſigilli robore communiri. Preſentibus teſtibus ydoneis lelicet reverendo in Chriſto Domino Hinrico, Havelbergenſis eccleſie epiſcopo, Gun- ero de Kevernburg Comite, Conrado de Redere, Droyſekino, noſtre curie dapi- o, Anſelmo de Blanckenborch, Frizone de Scepelitz, militibus, Everardo in Berlin Walthero in Prezewalck prepoſitis, noſtre curie capellanis cum aliis pluribus fide dignis. tum et Datum in Tangermundis, Anno MCCCXIX, in craſtino invencionis ſancte crucis.

Aus Lenz, Br. Urk.-Samml. S. 207—209.

I. Die Herzogin Anna von Schleſien bekundet, daß die Stadt Stendal das Dorf Neuwinkel von Albert Valin gekauft habe und verzichtet auf alle Rechte daran, am 6. Mai 1319.

Nos Anna, Dei gracia Duciſſa Sleſie Dominaque Wratiſlavie, recognoſcimus pu- e in his ſcriptis, quod honeſti viri ac prudentes cives civitatis Stendal emerunt erga ſtrenuum ım Albertum Valyn juſto emcionis contractu, noſtro accedente bene placito et conſenſu, vil- ı Neu-Winckel cum omnibus ſuis utilitatibus, proventibus ac pertinenciis, nec non omni jure, ›d tam nobis quam ſibi competebat in eadem, nichil nobis in ea juris vel mandati penitus re- ɾantes, omni quoque Dominio et juri, quod in dicta villa habuimus, quoad nos renunciamus ſim- ɔiſſime atque pure. Vt autem Burgenſibus hec inviolabiliter obſerventur, ipſis dari preſentem ɜmus literam noſtro ſigillo communitam. Teſtes quoque hujus ſunt Droyſeko et Hermannus Wolkow, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et Datum Arneborch, Anno Do- ıi MCCCXIX, die beati Johannis ante portam latinam.

Aus Lenz, Br. Urk.-Samml. 209. 210.

XCII. Markgraf Woldemar vereignet dem St. Georgen-Hoſpital in Stendal Hebungen aus Göhren, am 26. Juni 1319.

In nomine Domini Amen. Acciones humane ſi non literarum firmentur teſtimonio, perpe tuum propter oblivionem et temporis mutabilitatem decidunt in errorem. Hinc eſt, quod nos Wol demarus, Dei gracia Brandenburgenſis et Luſacie Marchio, recognoſcimus et in re geſte perpetuam ducimus memoriam, quod propter Deum nec non propter devotam inſtancian Domini Henrici, dicti Wokenſtede, Eccleſie ſancti Nicolai Stendalienſis vicarii, nec no Betekini de Hemerden, civis noſtri de Stendal, dedimus et per preſentes literas ſolempnite donamus domui leproſorum prope muros Stendalienſes ſite ac hominibus a Deo percuſſis ibiden preſentibus et futuris proprietatem unius chori duri frumenti in villa Ghor, quem chorum dict Vicarius et civis pro remedio ſalutari animarum ſuarum et parentum ſuorum dicte domui donave runt ſuis denariis comparatum, perpetuis temporibus liberaliter absque omni onere precarie et ſer vicii poſſidendum pleno jure ac omnimoda libertate iuſto titulo proprietatis. Renunciantes dict proprietati renunciacione ſollempni quoad nos et noſtros heredes, nec non univerſo juri, quod no bis competere ex cauſa poſſit quacunque. Et ut preſens noſtra et dictorum pia donacio celebrat ſalubriter in omnipotentis Dei oculis placida et accepta permaneat ſine fine immota, hanc literam ſuper eo dari iuſſimus ſigilli noſtri robore firmatam. Teſtes vero ad hoc vocati ſunt Guntherus Comes de Kevernberg, Redeko, Marſcallus noſter, Droſeko, noſter pincerna, Frederic de Scepelitz, advocatus noſter, milites; Everardus, prepoſitus Berlinenſis, et Hermannu de Luchow, noſtri capellani, cum aliis fide dignis. Datum Tangermundis, Anno Domin MCCCXIX., die beatorum Johannis et Pauli.

Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 135. Lenz Br. Urk. S. 211 f. No. XCIX.

XCIII. Herzog Otto von Braunſchweig beſtätigt die von Agnes, ſeiner Gemahlin, der Stadt Stendal beigelegten Rechte und Gnadenerweiſungen, am 22. Dezember 1319.

Dei gracia Nos Otto, Dux in Bruneſwich, recognoſcimus publice in hiis ſcriptis, quo conſules et vniuerſos ciues in Stendal nobis fideles et dilectos in noſtra protectione tenere vo lumus et vniuerſam graciam ſeu iuſticiam ipſis a Domina Agnete, conthorali noſtra Kariſſima, i ſuis patentibus literis indultas, ad tempora vite ipſius noſtre conthoralis gratas et ratas inviolabilite volumus obſervare. In huius teſtimonium dedimus ipſis preſentem literam noſtri ſigilli munimin roboratam. Datum Stendal, anno Domini M°. CCC°. XVIIII°., in crāſtino beati thome apoſtoli.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 48.

XCIV. Die Herzogin Agnes von Braunſchweig transſumirt und beſtätigt einen Lehnbrief ihres verſtorbenen Gemahls vom Jahre 1313, worin dem Ebelin von Buzſt eine Hebung aus Stendal verliehen wird, am 24. Dezember 1319.

Agnes, Dei gracia Duciſſa Brunſwicenſis, Univerſis hoc ſcriptum cernentibus ſalutem cum affectu ſincero. Noveritis, quod literas magnifici Domini Waldemari, Marchionis quondam Brandenburgenſis, noſtri conthoralis clare memorie, vidimus ſigillo ſuo vero ſigillatas, in nulla parte viciatas in hec verba (Urk. de 1313). Nos igitur Agnes, Duciſſa predicta, fatemur, quod predictam collacionem approbavimus et approbatam preſentibus confirmamus, Quas noſtro ſigillo in teſtimonium evidens fecimus communiri Tangermundis, Anno Domini MCCCXX, vigilia nativitatis Chriſti.

Hiſt. Sammlung Heft IV, 872.

XCV. Das Capitel zu Stendal bekundet, wie es mit dem Patronat des Altares gehalten werden ſoll, den Mag. Dieterich Steinfeld und Johann Krokewendel in der Petrikirche daſelbſt zu ſtiften beabſichtigen, etwa 1320.

Segerus, dei gratia Stendalienſis Eccleſie prepoſitus, Thidericus, eadem miſeracione decanus, necnon totum Eiusdem Eccleſie capitulum vniuerſis criſti fidelibus preſencia viſuris in vero ſalutari ſalutem, Recognoſcimus tenore preſentium publice proteſtantes, Quod in aucmentum cultus diuini et ad petitionem ſauorabilium amicorum noſtrorum Magiſtri Thiderici de Steinuelth ac domini Johannis Crokewendel deliberata voluntate duximus annuendum, vt iam dicti domini, ſcilicet Thidericus et Johannes, in Eccleſia Sancti Petri Stendal. fundandi et dotandi altaris, quandocumque decreuerint, Tunc Jus patronatus ſeu preſentacio ad ipſos vel ad ipſum, qui ſuperuixerit, pertinebit. Si autem voluerint, vt poſt mortem vtriuſque fundetur illud altare, Tunc Jus patronatus ſeu preſentacio ad conſangwineum vel conſanguuineos predictorum duorum, quem vel quos ipſi vel eorum teſtamentarius vel teſtamentarii elegerint, hereditarie pertinebit, In hunc modum, vt conſangwineus talis vel conſangwinei poſt mortem ſepedictorum dominorum primam habeant preſentacionem et capitulum Eccleſie noſtre ſecundam et ſic preſentacio deinceps inter capitulum noſtrum et predictum conſangwineum vel conſangwineos in perpetuum alternetur. Bona dotationis ſeu redditus huius erunt hec: in curia prefecti in Oſtheren VII modii ſiliginis, in curia henningi Rodolphi ibidem vnus chorus ordei et X modii ſiliginis, in curia Gyſonis ibidem vnus chorus ordei et XVI modii ſiliginis, in curia hynrici, filii Gerardi de lapide, XI modii ſiliginis, in curiis Gerardi Mancop et filii Gerardi Kunowe IIIIł modii ſiliginis ſiti ſunt. In villa vero Dornſtede in curia Thiderici de Welle dimidius Chorus ſiliginis et dimidius ordei ſiti ſunt. In quorum euidenciam ſigillum Capituli noſtri duximus preſentibus apponendum. Datum.

Nach dem Originale im Beſitz der Petrikirche, das ohne Hinzufügung des Datums beſiegelt iſt.

XCVI. Die Herzogin Agnes von Braunſchweig verleiht den Zoll zu Stendal den Gebrüdern Schadewachten, am 11. Mai 1320.

Dei gracia Nos Agnes, Ducissa Brunsvicensis, recognoscimus publice per presentes, quod fidelibus nostris Burgensibus et discretis Ghysekino ac Henningo, fratribus, dictis de Schadewachten, eorumque legitimis heredibus contulimus sollempni et debito pheodali titulo, Conjunctum theloneum in Stendal cum suis fructibus, iuribus et plenis utilitatibus possidendum atque tollendum, eo iure et modo, quibus Dominus Ghevehardus de Plothe et post eum Hinricus Winandi et sui fratres ab illustri Principe Domino Waldemaro, Marchione Brandenburgensi, quondam marito nostro dilecto, clare memorie, dictum theloneum possedisse ac percepisse noscuntur. Et ne de hac collacione nostra dubietas aliqua suscitetur, hanc literam super hoc dari iussimus, sigilli nostri robore communitam. Testes quoque huius rei sunt Gherardus de Kerkow, Conradus de Osterborg, Ebelo et Ebelo de Luderitz, milites, nostri fideles, Rokezo et Engelke, Castel dictus, nostri Burgenses de Stendal, cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Tangermundis, per manum Hermanni de Luchaw, anno Domini MCCCXX., Dominica proxima ante festum Pentecostes.

Beckmann's Beschreibung a. a. O., Sp. 158. (Lenz) histor. Samml. 371.

XCVII. Die Herzogin Agnes von Braunſchweig ſchenkt einige Getreidepächte und Gerechtigkeiten der Elendengilde zu Stendal, am 21. Dezember 1321.

In nomine Domini Amen. Nos Agnes, Dei gratia ducissa Brunswicensis, recognoscimus literas per presentes, quod propter Deum et in salutare remedium animarum nostre progenitorumque nostrorum dedimus et presentibus sollemni donatione in perpetuum donamus hominum infirmorum a Deo percussorum collegio, prope muros Stendalienses degentium, precariam omnimodam denariorum et frumenti, summum et imum iudicium, censum, seruicium curruum et quodlibet aliud reale uel personale seruicium super duobus choris siliginis in uilla Ostheren et duobus choris in uilla Dornstede, quos quatuor choros cum plena proprietate debiles supradicti habebunt. Renunciamus omni iuri, quod nobis ad dictos choros, precariam, censum, iudicium uel de seruicio curruum possit ex quacunque causa competere in futurum; proinde ex parte eorundum infirmorum nobis est pro nostro libito satisfactum. Huius rei testes sunt Conradus de Osterburg, Gherardus de Kerkow, milites nostri, Fredericus de Vincelberg, noster aduocatus, Engelko Castiel, Ruleko de Bismarcke, Beringerus et Godeschalcus de Ierichow, consules nostri de Stendal, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium nostro sigillo munitum dedimus presens scriptum, Tangermundis, anno Domini MCCCXXI., die sancti Thome apostoli, per manum Hermanni Luchowe.

Ludewig Reliqu. Manuscript. IX, 521.

XCVIII. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, verzichtet zu Gunſten des h. Geiſt-Hoſpitals zu Stendal auf Rechte in Oſtheeren und Köthen, am 21. Dezember 1321.

In nomine Domini Amen. Nos Agnes, Dei gracia Brunſwicenſis Duciſſa, recognoſcimus tenore preſencium proteſtantes, quod, attendentes quam ſit coram Domino acceptabile, indigenciis pauperum conſulere opemque in refectione pauperum facere, in ſalutem igitur animarum noſtre noſtrorumque progenitorum ſexus utriuſque dedimus in proprium et ſolempni donacione donamus domui ſancti Spiritus intra muros Stendalienſes, nec non hominibus inibi decumbentibus preſentibus et futuris precariam denariorum et frumenti, cenſum quoque et ſervicium curruum, et quodlibet aliud reale ſive perſonale ſervicium, cum primo et imo judicio, ſuper uno et dimidio choro ſiliginis de tribus manſis in Oſtheren ſitis et ſuper uno choro ſiliginis de uno manſo eciam in Oſtheren, et ſuper dimidio choro ibidem, nec non ſuper duobus manſis in Kothene plena proprietate ac libertate temporibus perpetuis poſſidendum. Renunciavimuſque dictis choris precarie, cenſuum, curruum ſervicio ac judiciis, nec non omni juri, quod nobis poſſit competere ex cauſa quacunque. Proinde ex parte dicte domus eſt nobis juxta voluntatis noſtre libitum plenarie ſatiſfactum. Huius rei teſtes ad hoc vocati et rogati ſunt Conradus de Oſterborch, Gherardus de Kerkowe, milites noſtri, Fritze de Vinzelberg, noſter advocatus, Engelke Caſtell, Velko (Ruleko) de Biſmarck, Berengarius et Godeſchalcus de Yerchow, conſules noſtre civitatis Stendall, cum aliis pluribus fide dignis. In cuius rei teſtimonium noſtro ſigillo muniri juſſimus preſens ſcriptum. Tangermunde, Anno Domini MCCCXXI, die ſancti Thome Apoſtoli, per manum Hermanni de Luchowe, noſtri notarii.

Beckmann's Beſchreib. a. a. O. Sp. 127 und 135. — Hiſtor. Sammlung IV, 875.

XCIX. Die Stadt Stendal mit den rittermäßigen Einſaſſen der Mark ſchließt ſich der Verbindung der übrigen Altmärkiſchen Städte und Territorien an, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini Amen. Nos Militares in Marchia, Scabini, Conſules totaque vniuerſitas Burgenſium in Stendal coram omnibus preſencia viſuris ſiue eciam auſculturis Recognoſcimus publice profitentes, Quod cum honeſtis militaribus in aduocacia Saltwedel conſtitutis, necnon cum eadem Ciuitate Saltwedel et Militaribus in Territorio Gardeleghen ac eadem Ciuitate, necnon Reliquis Ciuitatibus, ſcilicet Tanghermunde, Oſterburch, Sehuſen, werben, atque cum omnibus Militaribus Territoriis in jam dictis commorantibus compromiſimus et noſtris juramentis affirmauimus Sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in his nunc prefixis Ciuitatibus ſimiliter et Territoriis per ſe vellet violenter eſſe judex, recuſans et rennuens noſtra jura primordialia actenus vt ex nunc et ab antiquo preconſeruata, volens manu et Intendens ſemper judicare violenta, videlicet Rapinis, Incendiis, Captiuitatibus ſiue eciam aliis violenciis quibuscumque, debet eſſe proſcriptus in cunctis Territoriis et Ciuitatibus jam quamſepius prenarratis. Ita quod ad compoſitionem vel gratiam non debeat Recipi, niſi fiat cum conſenſu prefixarum Ciuitatum nec

non Territoriorum et bona voluntate, hoc tamen interpoſito, Si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos exceſſus, acquiri teneretur et debet de antiquo noſtro jure nobis a noſtris dominis Marchionibus mortuis preſtito clare memorie cum honeſtis et prouidis viris, vtputa cum tribus militaribus vel quinque Burgenſibus Siue Septem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi Supraſcripta Rata et Illibata permaneant et ne quiſquam eisdem preſumat, auſu temerario obuiare preſentibus Sigilla prememorate Ciuitatis Stendal ac Strenuorum Militum, videlicet Gherardi de Kerkowe, Conradi de Ofterburch, Barteldi de buſte, Alberti de Swartezoze, Wichardi de Rogchowe, henninghi de buch ſunt appenſa in ſufficiens argumentum. Actum et datum in Ciuitate Stendal, Anno domini M°. CCC°. XXI°., in die beati Thome Apoſtoli.

Nach dem Originale im Stadtarchive zu Salzwedel, Fach 6, No. 6.

C. Arneburg und Werben ſchließen ſich dem Bunde der Städte und Lande der Altmark an, am 21. Dezember 1321.

In nomine domini Amen. Nos militares in aduocacia arneborch conſtituti, ſcabini, Conſules totaque vniuerſitas burgenſium in werben coram omnibus preſentia viſuris ſeu etiam audituris Recognoſcimus publice profitentes, quod cum honeſtis militaribus in marchia conſtitutis et ciuitate ſtendal et militaribus in aduocacia ſoltwedel et etiam ciuitate, necnon territorio ghardeleue et eadem ciuitate et reliquis ciuitatibus, ſcilicet tangermunde, Ofterborch, ſehuſen atque cum omnibus militaribus in iam dictis territoriis commorantibus Compromiſimus et noſtris iuramentis affirmauimus ſub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicunque in hiis nunc prefixis ciuitatibus ſimiliter et territoriis per ſe uellet violenter eſſe iudex, recuſans et rennuens noſtra iura primordialia, hactenus vt exnunc et ab antiquo preconſeruata, volens manu et intendens iudicare ſemper violenta, videlicet rapinis, incendiis, captiuitatibus ſiue aliis etiam violentiis quibuſcunque, Proſcriptus eſſe debet in cunctis territoriis et ciuitatibus iam quamſepius prenarratis, ita quod ad compoſitionem ſiue gratiam non debeat recipi, niſi cum conſenſu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate; hoc verumptamen interpoſito, Si quiſquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos exceſſus, acquiri teneretur, et de noſtro antiquo iure nobis a noſtris dominis marchyonibus mortuis preſtito bone memorie, Cum prouidis et honeſtis viris, vtputa cum tribus militaribus uel quinque burgenſibus ſiue ſeptem villanis probis et irreprobatis acquiri deberet. Vt autem huiusmodi ſupraſcripta rata et illibata permaneant et ne quis eiſdem preſumat auſu temerario obuiare, preſentibus appoſuimus ſigilla noſtre ciuitatis werben, necnon ſtrenuorum militum ſcilicet domini Conradi de ecſtede, militis, hinrici rintdorp, heyſonis de Bertekow, Conradi de canneberch, rudengheri de pywelinghe, Zabelli de ſuartenholt, famulorum, in ſufficiens argumentum. Datum et actum Anno domini M°. CCC°. XXI°., In die beati thome Apoſtoli.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 51.

CI. Beitritt des Landes und der Stadt Gardelegen zu dem Bunde vom 21. Dezember 1321.

In Nomine Domini Amen. Nos milites et vaſalli In territorio Gardeleghe, Scabini, Conſules totaque vniuerſitas burgenſium eiuſdem Ciuitatis coram omnibus preſencia viſuris ſiue eciam auſculturis recognoſcimus publice proteſtantes, Quod cum honeſtis militibus et vaſallis In Aduocacia Stendal conſtitutis, necnon cum eadem ciuitate Stendal et Militaribus In aduocacia Saltwedele, necnon eadem Ciuitate, Necnon reliquis Ciuitatibus, ſcilicet Tangermunde, Oſterborch, Sehuſen, werben atque cum omnibus militaribus territoriis in iam dictis commorantibus compromiſimus et noſtris Juramentis affirmauimus ſub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicunque in hiis nunc prefixis Ciuitatibus ſimiliter territoriis per ſe vellet eſſe violens Judex recuſans et renuens noſtra Jura primordialia, actenus vt exnunc et ab Antiquo preconſeruata, volens manu et intendens ſemper iudicare violenta, videlicet rapinis, Incendiis, captiuitatibus, ſiue eciam violenciis aliis quibuſcunque, debet eſſe proſcriptus in cunctis territoriis et ciuitatibus iam ſepius prenarratis, ita quod ad compoſitionem vel gratiam non debeat recipi, niſi fiat cum conſenſu prefixarum ciuitatum necnon territoriorum et bona voluntate, hoc verumptamen interpoſito, ſi quiſquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos exceſſus, acquiri teneretur et debetur tribus militaribus vel quinque burgenſibus ſiue ſeptem villanis probis et irreprobatis. Vt autem huiusmodi ſupraſcripta rata et illibata permaneant et ne quiſquam eiſdem preſumat auſu temerario obuiare, preſentibus Sigilla Ciuitatis Gardelegen ac Strenuorum militum, videlicet domini hennighi et Theoderiſci de ſanterſleuen et cetera ſunt appenſa in ſuffiçiens argumentum. Actum et datum Anno domini M°. CCC°. XXI°., In die beati Thome Apoſtoli.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 50.

CII. Ritter Heinrich von Rochow mit ſeinen Söhnen verkauft dem Albert Wockenſtiel das Angefälle an Hebungen in Stendal, am 24. Juni 1322.

In nomine domini Amen. Quoniam omnia memorialiter retinere et nullius obliuiſci potius diuinitatis eſt quam humanitatis; Idcirco expediens et diſcretum fore dinoſcitur, ne ea, que aguntur in tempore, ſimul labantur temporis cum progreſſu, ut literarum et virorum ydoneorum teſtimonio perhennentur. Hinc eſt, quod nos Hinricus, miles, de Rochou dictus, una cum filiis noſtris videlicet Wychardo, Bethekino nominis eiusdem ad notitiam uniuerſorum, quibus preſens ſcriptum exhibitum, lectum fuerit ſeu oſtenſum, cupimus peruenire, quod viro diſcreto Alberto dicto Wokkenſteyl, tunc temporis in Brandenburg monetario, ac ſue conthorali Benedicte, domine reuerende, nec non ſuis veris et legitimis heredibus, immo ſi, quod tamen abſit, predictus Albertus ſine heredibus ſexum ducentibus ſeu habentibus virilem ab hoc ſeculo emigraret, extunc ſuis filiabus, ſucceſſionem bonorum Conradi, dicti de Heſſene, quod vulgariter Anegeuelle nuncupatur, videlicet XIV Fruſta redituum in ciuitate Steyndal, ſita in moneta, titulo contulimus pheodali, pariter et conferimus in his ſcriptis, omni dolo procul moto et occaſione qualibet proſi-

gata. Pro qua ſcilicet collatione Albertus ſepedictus nobis XXVIII Marcas argenti Brandenburgenſis et ponderis ejusdem benevole tribuit largiendo. Ne autem hec collatio a noſtris ſucceſſoribus in poſterum infringatur, noſtram ſuper eo ſibi patentem literam porreximus, noſtrorum ſigillorum munimine roboratam. Teſtes vero hujus rei ſunt Otto, dictus de Oſtheren, Henricus, dictus de Wodenswege, famuli ſtrennui, noſtri avunculi, Henningus Jan, Arnoldus Dewynes, Roſchowe, Mathias de Lanchwiz, in nova ciuitate Brandenburg ciues, et alii quam plures fide digni. Datum et actum in dicta Brandenburg ciuitate, anno dominice incarnationis M°. CCC°. XXII°., in die beati Iohannis Baptiſte.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 53.

CIII. Die Städte der Mittelmark und Niederlauſitz geben der Stadt Stendal Nachricht von der unter ihnen errichteten Einigung, am 21. Dezember 1323.

Diſcretis viris ac honeſtis Dominis Conſulibus de Stendal Conſules Civitatum Nove Brandenburg et veteris, Rathnow et Nawen, Spandow, Berlin et Kolene, Mydwolde, Copnik, Bernaw, Ewerswolde, Landſberch et Struczberch, Munchberch et Wrſtenwold, Vrankenword, Summerwelde et Gubin, Bezcow, Lukow, Belyz et Bryſſen, Veri amoris integritatem cum promptitudine famulatus. Noveritis nos in ſimul ſuper quibusdam cauſis infra ſcriptis inter nos mutuo voviſſe, conſpiraſſe et compromiſiſſe, quarum prima eſt, ſi aliquis malefactor excederit in aliqua noſtrarum civitatum prenominatarum, videlicet per furtum, ſpolium, latrocinium, aut per incendium, vel capiendo aliquem de civibus prenominatarum civitatum, ut extorqueat ex eo alicujus pecunie quantitatem, hic debet proſcribi juris ordine racionabiliter ac rite obſervato. Poſtea talis exceſſus aliis civitatenſibus debet literaliter notificari, et ſic erit proſcriptus apud omnes noſtros civitatenſes, et in quacunque tunc civitate noſtrarum prenominatarum Civitatum deprehenderetur, ibidem debet ad mortem condemnari, ſecundum quod ejus exceſſus poſtulat et requirit, ne civitatenſes illi, in quorum civitate maleficium peregit, laboribus fatigentur et expenſis. Secunda eſt: Si aliquis, quicunque eciam eſſet, veniret in aliquam noſtrarum prenominatarum civitatum, vel fugeret in ipſam cum rebus ſuis et bonis racione ſecuritatis, hic debet ibidem eſſe ſecurus rebus et corpore, quamdiu in ipſa perſeverat, et ſalvus. Tercia eſt: ſi aliquis princeps vel potens dominus eſſet, qui aliquam noſtrarum predictarum civitatum violenter invadere vellet, tunc alii civitatenſes debent municionibus eorum intercedere ad ipſum Dominum et peticionibus pro tali civitate, ut deſiſteret; quod ſi facere non curaret, tunc nulla conſolacio neceſſariorum ex aliis Civitatibus prenominatis ſibi deberet miniſtrari. Hec omnia huc usque inter nos mutuo ſervavimus et adhuc volumus obſervare, volentes eciam predicta vobiscum et cum civitatenſibus vobis coadherentibus firmiter obſervare, dummodo ipſa nobiscum ſervaveritis vice verſa et literas veſtras apertas confectas nobis remiſeritis, ſuper cauſis ſepedictis. In cujus rei teſtimonium noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum Berlyn, anno Domini M°. CCC°. viceſimo tercio, in die beati thome apoſtoli.

Nach dem Originale im Stendalſchen Rathsarchive No. 54.

CIV. Markgraf Ludwig beſtätigt die Stadt Stendal nach der ihm geleiſteten Eventualhuldigung, am 20. Januar 1324.

In Godis namen Amen. Wie Lodewich, van der gnade godis Margreue tu Brandenburch vnde tu Luſiz, Palantz by deme Rine, Herthoge to Beyern vnde oberſte Camerer des hiligen Romeſchen Rikes, bekennen vnde dun witlik allen den, die diſſen brief ſen oder hören, dat wie durch lieue vnd durch truwe vſer ghemenen Borgere von Stendal, vnde ſunderliken durch de Erfhuldinghe, de ſe vns gelouet vnde ſworen hebben ewelken vnd truwelken by vns vnde vnſe Eruen to bliuende, alſu hand an vns tu kehrende na deme dode der edelen Vorſtinne Agneſen, Hertoghinne tu Brunſwich, vſer lieuen Modderen, vnde na deme dode des erbaren Vorſten Herthoge Otten von Brunſwik, eres Mannes, vſes Swagers, ſo hebbe wi met gudeme Willen vnde met Rade vſer Vründt den vorbenomeden vſen borgern von Stendal, di nu ſint vnde die noch to kommende ſint, gegeuen vnde beſtedegen en in deſſen jegenwerdighen brieue alle de vriheit, alle de Gnade, alle ihr Recht, all ir Len, all ir Erue, all ir gude Gewonheit, all ir Eygen gheiſtlik vnde wertlik, vnde alle dat ſie in rechter Were hebben an Velde, an Marke in deme Lande vnde in der Stat tu Stendal, vnde alle redelke ſtücke, alſe ſie bewieſen mogen mit alden oder mit nyen briuen, die en gegeuen ſind von den Vorſten, die vor vns in deme Vorſtendohme to Brandenborch geweſen ſin. Ok geue wi vſe vorbenomede Borger vnde alle, die in deme Lande ſin vnde ock de van buten to komende ſin, vri alles vnrechtes tollen vnd geleides vp Water vnde vp dem Lande. Wie willen ok vnde günnen, dat ſe de Eyninge halden, de ſe to ſamende hebben ghelouet vnde ſworen mit deme Lande vnde mit den Steden in der Marke. Wi willen ok, dat jewelk Mann, he ſie Ridder, Knecht oder Borger, ſcal Bede nehmen, alſe de Herſcop nimmt. Wer ok Gerichte, hogeſte oder ſideſte, vnde Dienſt heft in deme Lande, die en ſcal ſine Vnderſaten mit deme Dienſte vnde Richte tu Vnrechte nicht verderuen. Wie ſcolen ok breken alle de Veſten, de ghebuwet ſind in dat Land na deme Dode des Edlen Vorſten Margreuen Woldemar von Brandenborch, vnde dat ſcholen wie don mit Rade vnde mit Hülpe der Stede in deme Lande (wanne die Orloghe Ende heft, dat wie nu hebben mit dem Biſcope von Magdeborch, an die Slot, de wie hebben in deme Lande). Wie ſcolen ok laten Riddern vnd Knechte by ereme Rechte, Borgere by ereme Rechte vnde Gebure by ereme Rechte, alſe et van Oldere heft geſtan. Wie ſcolen ok niemande ſtaden ſe to hindernde vnde beſwerende an ihreme lieue, an ihreme Gude, an ehren Lüden vnde ehreme Rechte mit jennigeme Vnrechte. Worde ock jennich Ridder oder Knape von jennigen vnſer borgere beklaget vmme Sculde vor uſeme Land Richter, den wi en ſetten, vnde die klage vol richtet worde, alſo dat en Pant gedielet worde deme klegere vnde dat Pant geweigert worde, ſo ſcal de Klegere dat vor vns bringhen, vnde wie ſcolen denne bieden vſeme Vogede oder vſeme Ambachmanne, dat he dat Pant vtpande. Schege denne das nicht, ſo mag de klegere denne wol ſulk Pant veruolgen mit ſulkeme Rechte, dar die Stad mede beſat is, alſe ehre breue ſpreken. Vnde dat ſcal denne wedder vs nicht ſin. To einer ewigen Orkunde alle deſſer vorſcreuen Dinge, ſo hebbe wie vſen vorbenomeden borgern deſſen breef gegeuen, beſegelt met vſeme Ingeſegele. Hirouer ſind geweſen de Edelen Lüde Greue Berthold von Hennenberg vnde Greue Hinrik von Swarzeborch, vſe Vrünt, Her Seger, de Proueſt von Stendal, vſe ouerſte Scriuer, Her Berthold von Buzt, Her Gherke von Kercowe, Her Rokez, vſe Ridder, Hermannus von Luchowe vnde andere gode lüde. Deſſe

brief is geſcreuen vnde gegeuen na der bort vſes Heren duſint iar dreihundert iar vier vnd twintich iar, in der hilghen Hern dage ſünte Fabian vnde Sebaſtian dage, in vſer Stat tu Stendal.

Nach dem Originale des Stend. Rathsarchives No. 55, worin die eingeſchloſſene Stelle fehlt, die man in Gercken's gleichfalls nach einem „Original" gefertigten Abdrucke (Codex III, 317) vorfindet.

CV. Herzog Otto von Braunſchweig, dem die Stadt Stendal für ſeine Lebzeiten gehuldigt hat, beſtätigt ihr ihre Rechte und Freiheiten, am 28. Januar 1324.

In godes namen Amen. Van dher gnade goddes we Otte, hertoge to brunefwich, bekennen vnd don witlick alle dhen, dhe diſſen bref ſeen edher horen, dat we dorch truwe vſer ghemenen borgere van Stendal vnd ſunderliken dorch dhe huldinghe, dhe ſe vns ghelouet vnd gheſworen hebben, bi vns to bliuende na dheme dodhe dher Edelen vorſtinne Agneſen, vſer leuen beddeghenoten, to vſeme liue; So hebbe we mit gudeme willen vnd mit rade vſer ratgeuer dhen vorbenomeden vſen borgeren van Stendal, dhe nu ſin vnd noch to komende ſin, ghegeuen vnd beſtedeget in diſſen jegenwerdegen breuen alle dhe vryeheit, alle dhe gnadhe, alle ere recht, alle ere len, alle ere erue, alle ere guden wonheit, alle ere eygen, geyſtlick vnd wertlick, vnd alle, dat ſe in rechter were hebben an velde, an marke, in dheme lande vnd in dher Stat. We ſtedegen en ock alle redelike Stucke, dhe ſe bewiſen mogen mit alden vnd mit nigen breuen, dhe en ghegeuen ſint van dhen vorſten, dhe vor vns in dheme vorſtendome to brandeborch gheweſen ſin. Ock geue we vſe vorbenomeden borgere vnd alle, dhe in dheme lande ſiu vnd ock dhe von butene to komende ſin, vry alles vnrechten tollen vnd geleydes vp watere vnd vp dheme lande. Wi willen ock vnd gennen, dat ſe dhe Einighe halden, dhe ſe to ſamende hebben ghelouet vnd ſworen mit dheme lande vnd mit dhen Steden in dher marke. We willen ock, dat jowelck man, he ſi ridder, knecht eder borgere, ſcal bede nemen, alſe ſe dhe herſcap nimt. We ock gherichte hogeſte eder ſideſte vnd dheneſt henet in dheme lande, dhe ſcal ſine vnderſaten mit dheme dheneſte vnd gherichte to vnrechte nicht verderuen. We ſcolen ock breken alle veſtene, dhe ghebuwet ſint in dat lant na dheme dodhe dhes Edelen vorſten, Marckgreuen Woldemares van brandeborch, mit rade vnd hulpe vſer man vnd vſer ſtede in dheme lande, wanne dit orloge ende heft, dat we nu hebben mit dheme biſchope van Magdeborch, ane dhe Slot, dhe we hebben. We ſcolen ock laten riddere vnd knechte bi ereme rechte, borger bi ereme rechte vnd ghebure bi ereme rechte, alſe et van alders heft gheſtan. We ſcolen ock nemanne ſtaden ſe to hindernde vnd beſwerende an ereme liue, an ereme gude, an eren luden, an ereme rechte mit jenegem vnrechte. Dhede dat Jeman, dhes ſcole we en recht richtere weſſen. Worde ock jenich riddere edher jenich knape van jenegeme vſen borger beclaget vmme ſculde vor vſeme lantrichtere, dhen we ſetten, vnd dhe clage vol richtet worde, alſo dat en pant ghedelet worde dheme clegere vnd dat pant gheweygeret worde; ſo ſcal de cleger dat vor vns bringhen vnd we ſcolen dhenne beden vſem vogede edher vſem ambachtmanne, dat he dat pant vtpande. Scege dhenne dhes nicht, ſo mach dhe clegere dhenne wol ſulk Pant eruolgen mit ſulkeme rechte, dar dhe Stat mede beſat is, alſe ere breue ſpreken, dat ſcal dhenne wedder vns nicht ſin. Wanne ock dhe

lenware an vns komt, ſo ſcole we vſen vorbenomeden borgeren ere erſten len lenen ane allerleye beſcattinghe. Wunne me ock jenich roſhus mit hulpe dhes landes vnd der Stede in dher marke, dat ſcole we breken vnd ſe ſcolen vns vſe koſt vnde vſen ſcaden erlecken. To eyner openbaren bekantniſse alle diſser dinghe hebbe we diſsen bref ghegeuen vnd beſegelet laten mit vſem Inghe-ſegele. Dar hebbet ouer weſen vſe truwen man vnd ridder geuehart van aluenſleue, gvncelin, werner vnd boſſe von bartenſleue, conrad van reſtorp, hinrick van bouenten, conrad von Oſterborch, ludolf van hollege, albrecht van luderiz dhe jungher vnd thiderick, vſe ſcriuer. Dit is gheſcen vnnd diſſe breff is ghegeuen na dher hort goddes duſent vnd drehundert jar, jn dheme vervndtwingeſten jare, dhes achteden dages ſancte Agneten dher heyligen Junckvrowen.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 56.

CVI. Die Herzogin Agnes von Braunſchweig übergiebt dem Rathe zu Stendal für die Gewand-Schneidergilde 10 Pfd. in der Münze, am 13. November 1324.

Nos Dei gratia Agnes, Duciſſa in Brunſwic, recognoſcimus, publice in his ſcriptis, quod noſtris dilectis Conſulibus in Stendal porreximus et preſentibus porrigimus decem talenta in moneta eiuſdem ciuitatis, que ad unionem pannicidarum, que vulgariter dicitur Wantſniderghilde debent pertinere. Ad cuius evidentiam preſentem litteram noſtro Sigillo dedimus roboratam. Teſtes huius ſunt Albertus de Aluenſleue, Guncelinus de Bartenſleve, Conradus de Oſterborch, milites, et alii quam plures fide digni. Datum Tangermundis, Anno Domini MCCCXXIV, in die beati Briccii Epiſcopi et confeſſoris.

Hiſtor. Sammlung Heft IV, 382. 383 — wo das Datum eigentlich in die beati Biceli lautet.

CVII. Herzog Otto von Braunſchweig und deſſen Gemahlin Agnes verleihen der Stadt Stendal die Zollhebung daſelbſt, am 12. April 1325.

In nomine Domini Amen. Otto, dei gratia Dux in Bruneſwich, et Agnes, noſtra conthoralis, ex eadem gratia ibidem Duciſſa, omnibus preſentem paginam viſuris aut audituris ſalutem in Domino ſempiternam. Scimus quod inſtabilis eſt vita hominum ſuper terram, et non eſt niſi quedam ſerenitas hyemalis, que nunc leta triſtibus immiſcet, nunc eciam letis triſtia perconfundit et propter diuerſos ſucceſſus hominum perimuntur geſta fidelium; quare decet et expedit, ut fulciantur teſtibus et teſtimonio literarum. Hinc eſt, quod uniuerſis criſtiane fidei profeſſoribus volumus eſſe notum, quod ciuitati noſtre Stendal et burgenſibus inibi commorantibus contulimus et in preſentibus conferimus noſtrum theloneum in jam dicta ciuitate Stendal juſto et vero titulo pheo-

dali per ſe et ſuos ſucceſſores, veluti jam prelibatum eſt, in perpetuo poſſidendum. Pro qua ſiquidem collatione rite per nos facta, Conſules ejuſdem ciuitatis nobis XXVI. Marcas argenti Brandenburgenſis et ponderis dederunt in parato. Ne igitur quiſquam in poſterum auſu temerario preſumat huic collationi obuiare, preſentem literam dedimus ſigillorum noſtrorum appenſione firmiter roboratam in ſufficiens teſtimonium. Actum et Datum Tangermundis, anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo quinto, feria ſexta infra Octauas Paſche. Nihilominus adhibitis teſtibus Conrado de Oſterborch, Heyſone de Vrfleue, noſtris militibus, Friderico de Vincelberge, noſtro Mareſchalco, Henrico de Buech, armigeris, Dominis Roger et Henrico Man, noſtre curie Capellanis, et quibuſdam noſtris comburgenſibus in Stendal videlicet Jacobo de Sludan, Rudolpho de Biſmarke, Joanne de Arneborch, qui placitauerunt ex parte dicte ciuitatis et preſentibus cum aliis quam plurimis fide dignis.

Gercken's Verm. Abh. III, 185. 186.

CVIII. König Ludwig beſtätigt der Stadt Stendal den Beſitz des Zolles, am 18. October 1325.

Nos Ludowicus, Dei gracia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, recognoſcimus publice per preſentes, quod quia prudentes Viri Cives de Stendal fideles noſtri dilecti, Thelonium ejuſdem Civitatis Stendal ab Illuſtribus quondam Marchionibus Brandenburgenſibus pro ſua pecunia emerunt, ſic quod iidem Cives predictum Thelonium omni jure, quo alias ſuas proprietates tenent et poſſident, tenere debent et ut eorum proprium in perpetuum poſſidere; Nos eorundem Civium fidelitatis Conſtanciam attendentes ipſis predictum Thelonium omni modo et forma, ſicut ipſi hoc comparaverunt, preſentibus duximus applicandum. In Cujus rei teſtimonium preſentes ipſis dedimus Majeſtatis noſtre Regie Sigilli munimine roboratas. Datum in Nurenberch, feria Sexta proxima poſt feſtum beati Galli, Anno Domini Milleſimo Trecenteſimo viceſimo quinto, Regni vero noſtri Anno undecimo.

Nach Beckmann's Beſchreib. a. a. O., Sp. 154. — Lenz Br. Urk. S. 226.

CIX. Biſchof Albert von Halberſtadt geſtattet dem Rathe zu Stendal den Abbruch der Kirche, welche zu Neuwinkel vorhanden geweſen, am 29. März 1327.

Nos Albertvs, Dei gracia Halberſtadenſis eccleſie epiſcopus, coram univerſis Chriſti fidelibus hujus litere tenorem auditoris recognoſcimus proteſtantes, quod cum conſenſu plebani in Arnem et patronorum noſtram plenariam voluntatem et poſſe dedimus atque damus per preſentes providis et honeſtis viris conſulibus civitatis Stendal deſtruendi eccleſiam in Neu-

Winckel, quando voluerint et eis placuerit, dummodo lapides et instrumenta ejusdem ecclesie in edificium sive structuram alicujus sacri loci integraliter reponantur. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Actum et Datum Stendal, Anno Domini MCCCXXVII. Dominica ante palmas, quando cantatur: Judica me Deus.

Nach Beckmann's Beschreib. a. a. O., Sp. 265. 266. — Lenz, Br. Urk. S. 229. 230.

CX. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Stendal den von seinem Vater erhaltenen Zoll, am 3. October 1327.

Lodewicvs, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Palatinus Reni, Dux Bavarie, Sacri Imperii archicamerarius, fidelibus suis dilectis, consulibus atque universitati civium in Stendal graciam suam et omne bonum. Donacionem super proprietate thelonei dicte nostre civitatis Stendal vobis et vestris posteris a Sereniſſimo principe domino et genitore nostro cariſſimo, Domino Lodewico, Romanorum Rege, de sue potestatis regie plenitudine liberaliter concessam et factam cum pleno iure approbamus, approbatam ratificamus, et ratificatam presentis nostre pagine patrocinio solempniter confirmamus. Et vt dicte nostre approbacio, ratihabitio atque confirmatio robur optineant perpetue firmitatis, presentes inde confici jussimus et sigilli nostri munimine mandauimus de certa nostra sciencia fideliter communiri. Presentibus spectabili viro Domino Bertoldo, Comite de Henneberg, nobili viro Bussone, Comite de Manssfelt, honorabili viro Segero preposito ecclesie Stendalienſis, Wernero de Arneborch, magistro nostre coquine, Gunthero de Sandow, et Cillingo, militibus, Arnoldo de Rossawe, nostro Advocato, et Sifrido de Buck, famulis, cum aliis ydoneis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Datum Arneborch, in nostra presencia, per manum Hermanni de Luchowe. Anno Domini MCCCXXVII. Sabbato proximo post festum Michaelis.

Nach dem Orig. des Stend. Rathsarchives No. 57b.

CXI. Markgraf Ludwig vermehrt die Ausstattung der Pfarre zu Arnim durch eine Hebung aus Hindenburg, am 22. Dezember 1327.

In nomine Domini Amen. Nos Lodewicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, Palatinus Reni, Dux Bawarie, Sacri Imperii Archicamerarius, recognoscimus per presentes, quod propter Deum et ob salutem anime nostre dedimus et per presentes donamus plebano Ecclesie in Arnem et suis successoribus nec non doti ibidem proprietatem omnimodam super duobus talentis viginti denariis minus in censu mansorum et arearum ville Hindenburg cum plena libertate et commodo, ita quod nichil juris nobis vel nostris successoribus reseruamus in

eiſdem. Immo renunciauimus et preſentibus renunciamus dictis duobus talentis, atque omni juri, quod nobis competiit in ipſis, ſolempnitate debita, que conſueuit in talibus obſeruari. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum, prefentibus nobili viro Domino Buſſone Comite de Manſfelt, Domino Segero prepoſito Stendalienſi, ac Hermanno de Luchowe cum aliis fide dignis. Datum Anno Domini MCCCXXVII. in craſtino ſancti Thome Apoſtoli.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 57.

CXII. Beſchlüſſe der Gewandſchneider- und Kaufmanns-Gilde zu Stendal, niedergeſchrieben im Jahre 1328 und in folgenden Jahren.

Anno domini M°. CCC°. XXVIII°. ſcriptus eſt iſte liber per manus volcekini ſcriptoris, in quo ſtant et notata ſunt omnia decreta et ſtatuta gulde pannicidarum et mercatorum. Primo premittitur priuilegium, In quo Marchiones Brandeburgenſes eandem guldam approbando ratificauerunt (No. VIII. vom Jahre 1231). Inferius patebunt ſtatuta et decreta gulde pannicidarum.

Anno domini M°. CC°. LXVI°., quum weſcelinus filius ghiſelberti pellificis fuit magiſter gulde, miniſtrabant albertus monetarius, Godo de Sluden, Jordanus vlaſmenger, Baldewinus de zerwiſt. Tunc intrarunt fraternitatem: Symon de gardeleghe, Johannes flauus, Johannes filius Boſſonis, Nicolaus muſzcelwerder, Johannes ſtorm, Cono duſer, Johannes filius heyſonis, dominus hinricus plebanus, Godfrid vlaſmenger, Dominus philippus, hinricus de gardeleghe, Rolekinus, Thidemannus, Johannes de ſancto Spiritu, Reynerus de domina noſtra, omnes ſacerdotes.

Anno domini M°. CC°. LXX°., quum Junior thuriz fuit magiſter gulde et cum eo herbordus de biſmarck, wilhelmus de moſſun: tunc miniſtrabant Bernardus de Gardelegen, Guntrammus, Johannes velkoperus et ipſamet gulda loco quarti ſocii.

Anno domini M°. CC°. LXXVII°. fuit magiſter gulde Cono hidden, Guntramus et thiſemannus cum eo: tunc miniſtrabant gulde Godeſcalcus de yerchow, Gherdangus filius iohannis, Johannes Storm, Zabellus ſutor. Etiam iſti guldam tunc intrarunt: gherdangi, henneke weſcelinus, hen. hiddonis, hinricus de burs, Ghiſeko de borcken, franko herbordj, herbordus monetarius, Arnoldus ſtendal, heyno de Brunſwich.

Anno domini M°. CC°. LXXXI°. fuit magiſter gulde wezzelinus, Godeſcalcus de yerchow et hinricus audax cum ipſo: tunc miniſtrarunt wilhelmus moſſvn, Thiſeman de Scadewer, hen. heyſonis et gulda loco quarti. Tunc inſtitutus fuit magiſter hinricus de rokiz. Aldermanuf Gherardus vlaſmenger, thiſeman de Scadewer, Miniſtrantes herman de wareborch, Jo. klot, Nicolaus grawetop.

Anno domini M°. CC°. LXXXVII°. fuit magiſter gulde C. et hen. de brunſwich, Godo de Sluden pro henrico de rokiz, Aldermanuf Ghiſo Scadewer, Gherardus vlaſmenger, miniſtrantes Jo. klot, nicol. grawetop, filius hen. de brunſwich, Conradus flauue, tunc inſtitutus fuit magiſter Gerdangus de Scadewer, Aldermanni Bollo et Arnoldus de kliceke, Miniſtrantes Godo deneker, thidericus Weghelene, Nicol. Scadewer, Hinricus burs.

Anno domini M°. CC°. LXXXX°. ſequenti die poſt diuiſionem Apoſtolorum biberunt guldam:

tunc fuit magiſter Johannes thuriz, Aldermanni Jo. klot, thid. weghelene, ad futuram guldam magiſter, Godefcalcus de yerchowe, Aldermanni Godo denekinj, Nicol. Scadewer, Miniſtrantes Gherardus vlafmenger, thidericus noppowe, Ludinger aurifaber, Thid. de winbur. Tunc decretum fuit a communitate fratrum gulde. Quicunque de confratribus deteſſeraret ſua veſtimenta, talis deberet carere ſua gulda et fraternitate. Item ſtatutum fuit, vt quum aliquis de confratribus gulde moreretur, vna libra cere ibi a magiſtris mitti deberet. Eciam ſtatuendo communiter decreuerunt, quod quicunque de confratribus gulde extra ciuitatem moraretur, ſi defuerit quando gulda bibitur, tali vinum non mittatur. Simili modo de clericis ſiue ſacerdotibus non confedentibus fratribus, quando gulda bibitur, nichil de vino mittatur. Item denarii, qui dantur ad ſtlpam et ad ceram quando gulda bibitur, debent eque diuidi. Dimidia pars illorum dari debet infirmis ad ſanctum ſpiritum et infirmis extra ciuitatem, alia dimidia pars ad ceram debet obſeruari. Item decreuerunt quod ſi alicuius filius aut cognatus ſiue conſangwineus guldam habens, qui vxorem legitimam non habet, ſi in ciuitate fuerit et non ſedeat cum fratribus, quando gulda bibitur, ſibi vinum non mittatur; ad hoc tamen dare debet ſuos denarios ad ceram.

Anno domini M°. CC°. LXXXXI°. biberunt guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter Ghiſo de ſcadewer, Aldermannuſ thid. noppowe, fredericus ex hokoue, Miniſtrantes franco de biſmarck, thid. moſſvn, hartungus grawetop.

Anno domini M°. CC°. LXXXXII°. die Bartholomei biberunt guldam: tunc inſtituebatur magiſter gulde Jo. klot, aldermani Jord. Vlafmenger, Jo. wezzell: miniſtrantes hinricus ſtenuelt, hen. thuris, Symon ſtamer, hen. calue.

Anno domini M°. CC°. LXXXXV°. infra octauam apoſtolorum petri et pauli biberunt guldam: tunc fuit magiſter Jo. klot., Aldermanni Jordanus vlafmenger et Joh. Wezzlin: qui miniſtrarunt henr. de thuriz, Symon ſtenmar, Henr. calue et Hen. ſtenuelde. Ad futuram guldam inſtitutus fuit magiſter Gherardus vlafmenger, Aldermanni henr. thuriz, hinricus filius godefcalci de yerchowe, Miniſtrantes hinricus de borcken, Hinricus filomena, hinricus audax, kuno dufer.

Anno domini M°. CC°. LXXXXIX°. vigilia Sancti Bartholomei biberunt guldam: tunc fuit magiſter Jordan vlafmenger, Aldermani hinricus de borken et hen. de calue: qui miniſtrauerunt Beteko de hemerte, thidericus de Sluden, hinricus moſſun, Heyſo klempowe. Tunc ad futuram guldam inſtituebatur magiſter Johannes heyſonis: Aldermanni Beteko de hemerte, thidericus de Sluden: Miniſtrantes hinricus de angermunde prefectus, hinricus de rokiz, herbordi, conradus hiddo.

Anno domini M°. CCC°. L dominica ante Natiuitatem beate Marie biberunt guldam: magiſter fuit hinricus de yerchowe: aldermanni Beteko de hemerte, thid. de ſluden: miniſtrantes hinricus de tangermunde, hinricus rokiz, herbordi, conradus hiddo.

Anno domini M°. CCCIIII°. biberunt guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter nicolaus de Scadewer: Aldermanni hinricus de rokiz et iacobus de ſluden: Miniſtrantes hen. kremkowe, hen. infel, hen. hoyer, Nicol. inſtitor. Et communiter tunc ſtatuerunt pro decreto, vt ſi quis confratrem ſuum maletractaret pro gulda mercatorum V ſolidos emendabit. Sed pro gulda ſeueren id eſt nauigancium III ſolidos dabit: ſe autem ambas habuerit guldas, VIII ſolidos dabit: ſi vero vnam guldam tunc habuerit pro una emendabit. Item eodem tempore vniuerſitas fratrum ſtatuit tale decretum, quod quicunque guldam habere uoluerit mercatorum, cuius pater antea eam habuerat, II ſol. eam optinebit. Item ſtatuerunt decretum de gulda nauigantium idem ſeueren firmiter obſeruandum. Filius burgenſis noſtri, cuius pater ipſam ante habuerat ad primam morghenſprake recipietur et dabit II ſolidos et II denarios; Sed alienus, cuius pater ipſam guldam prius non habuerit, V Sol. dabit,

ſi eam accipere voluerit. Item decreuerunt quod ſi aliqvis confratrum moreretur habens vxorem legitimam, ſi illa in viduitate moreretur, tunc purpura gulde ſibi deberet miniſtrari. Sin autem alterum virum duceret, tunc nullatenus ei concedatur. Item aliud decretum a fratribus obſeruandum. Si aliquis de fratribus gulde, quicunque fuerit ille, qui pro debitis de introitu uel pro confratre ſuo uel pro extraneo promiſerit, dummodo non fuerit pro contractu debitorum, vt de ſandice ſiue de pannis vt de bonis gulde venditis fuerit incuſatus, ad primam morghenſprake tale debitum perſoluere debet, et preterea perſoluere iuſſus fuerit. Si non fecerit, ſtatim vadiabit tantum, quantum pro ſua gulda acquirenda dedit. Sed ſi tribus vicibus ſubſtiterit et non fecerit, confraternitatis ſue expers erit. Item duo ultimi, qui fraternitatem ſiue guldam intrauerint, Seruire debent, quando gulda bibitur, et eis nichil de vino contraddi debet, niſi tantummodo eorum quarta. Item nullus Clericorum ad guldam recipi debet, niſi fuerit canonicus uel beneficium habens in ciuitate ſtendal. Item nullus recipietur ad guldam nauigancium antequam gulda ventura ſit bibita et celebrata. Item ſtatuerunt, quod nullus debeat demutuare pannum ſtendalienſem, niſi ſtatim recipiat pignus, quod melius ſit quam pannus et omni menſe magiſtri et vnus de fratribus ibunt et recipient de hiis omnium iuramenta et quociens aliquis hoc infregerit mutuando, tociens II ſolidos pro exceſſu erogabit. Item eodem anno ante Natiuitatem Sancte Marie fratres communiter decreuerunt, quod quicunque poſt hunc diem eorum fraternitatem ſiue guldam habere ſeu acquirere voluerit, cuius pater eam ante non habuerat, tria talenta denariorum erogabit, nichil inde ſibi dimittendum et ad terciam morghenſprake recipietur; ſed illa tria talenta dabit antequam fraternitas ſiue gulda ſibi conferatur. Item decreuerunt, quod quicunque pro ſuo delicto reacquireret a dominis conſulibus ciuilitatem, Similiter a magiſtris gulde confraternitatem reacquirere deberet, ac ſi antea eam non habuiſſet. Item decretum, quod quicunque queſierit duabus vicibus morghenſprake, petens pro gulda et fraternitate, ſi ad terciam non venerit, domi ſi fuerit preſumptuoſe ſuperſedendo et ultra non queſierit, ille prime due vices ſibi nichil proſunt, ſed ab initio queritet eam. Item decretum, quod ſtatuerunt: ſi aliquis confratrum gulde ad tantam veniret inopiam, quod ipſum a ciuitate recedere contingeret, et ſi infra trigennium rediret nuſquam alias habendo ciuilitatem, ſi daret ſuos denarios ad ceram, guldam ſuam non perderet et vinum ſuum ei dabitur omni veſpere, quando gulda bibitur et celebratur. Iſti eciam tunc ſua officia abiurauerunt: Eggelko caſtil, horn, ſtalberghe, henr. filius radolfi carnificis, Jo. buck, henr. bernardi, deneke noye.

Anno domini M°. CCC°. IX°. In die exaltacionis Sancte Crucis biberunt guldam: tunc fuit magiſter Johannes de Calue, Aldermanni thid. de Scaderwer, franco de biſmarck; qui miniſtrauerunt Beringer ſtorm, nicol. de ſluden, Jo. klot, Coneke frater ebelingi. Ad futuram guldam magiſter hinr. de rokiz. Aldermani veringer ſtorm, Jo. klot, miniſtrantes Rulo biſmarck.

Anno domini M°. CCC°. XXI. Dominica proxima poſt Barthol. biberunt mercatores guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter Eggelbertus caſtil, Aldermanni Seſſeko prefectus, hen. duſer; Miniſtrantes ad futuram guldam Heyſeke de cimiterio, Godeſcalcus de yerchow, Johannes de Sluden, hinricus de biſmarck. Tunc facti ſunt mercatores recepti ad guldam: Johannes gunteri, Johannes filius hen. de rokiz, Johannes filius hinr. de rokiz, Johannes de kothen, Conr. de kalue Senior, Arnoldus vlaſmenger, Jo. Schemergen, Johannes laurentii, Johannes ſtendal, Nicol. ſaxo, Weſcel klot.

Anno domini M°. CCC°. XXV. proxima dominica poſt Bartholomei biberunt pannicida et mercatores guldam: tunc inſtitutus fuit magiſter Nicol. gunter, Aldermanni Godeſcalcus de yerchow, Eobardus de Kiriz: Miniſtrantes ad futuram guldam Johannes de Arneberch, Johannes gluendal

Johannes de buck, Reynerus de kalue. Tunc acquieſerunt guldam magiſter petrus de gardeleghe, prepoſitus de wolmirſtede, dominus weffeco de Luderiz, canonicus Sancti Nicolai in ſtendal, Beteke de hildenſem, Gherardus de doſſa, Weſcelinus de borcken, ſacerdotes, Jo. miles de brunckow, henr. de porey, magiſter Johannes de Sciuelbein, yagowe, arnoldus portiz, Gherardus noppowe, thidericus rokiz Juuenis, Rulo diues, Jordanus diues, Conradus ſcadewer, nicol. ſcadewer. Tunc omnes fratres gulde communiter decreuerunt et ſtatuerunt, quod quicunque guldam pannicidarum poſtmodum acquireret, prjmo per annum ciuilitatem habere deberet, et tunc deinceps guldam ad tria colloquia inquireret. Sed ſi aliquis textorum poſtea guldam vellet acquirere, dabit X marcas in parato de hoc ſibi nihil dimittetur, tunc Arnoldus de portiz et Juuenis ſua officia abiurauerunt.

Anno domini M°. CCC°. XXVIII°. proxima dominica poſt Bartholomei biberunt guldam: tunc fuit magiſter Jacobus de Sluden, Loco nicol. gunteri, quia infirmus fuit: Aldermanni Ech. de kiriz, Godeſcalcus de yerchow: qui miniſtrauerunt Johannes gherdangi, Jo. de arneborch, Jo. de buck et Reyner de kalue. Tunc inſtituebatur magiſter ad futuram guldam, Criſtianus kint, Aldermanni Johannes de Sluden, Reyner de calue: Miniſtrantes Deneke noye, Conradus hiddo, wineker de Scadewer et ſenior ghiſo de Scadewer ſupra ſemitam. Tunc iſtis dabatur gulda: Domino bernardo de belitz, canonico in magdeburg, Domino de oſtheren, decano in ſtendal et ſuo fratri domino Conrado, ſiuekino de Buch, hinr. de Rochowe, Ot. de koninggeſmarck, domino de Oſten, Rindekino, Arnoldo de roſſow, Gropeken, hen. de koninggeſmarck; Item de burgenſibus iſti guldam acquiſierunt: Johannes de biſmarck, henr. de kokede, Coppe belcowe, willekinus de Arneborch, thid. borcken, Conradus vrigenſten, tilo de ſcadewer, Ghiſo frater wineker de ſcadewer, nicol. de biſmarck filii rulonis, Jordanus vlaſmenger, willekinus de oſenbrucke, merſceko, hinricus kregemeſter et Coppe filius Jacobi de ſluden.

Anno M°. CCC°. XX°. IX. habuerunt colloquium mercatores et pannicide et vnanimiter decreuerunt omnes et ſtatuerunt, quod quicunque ſemel fuerit magiſter gulde, nunquam omnino in magiſtrum eligetur et ſi magiſter gulde infirmus fuerit uel abſens, quando gulda bibitur, tunc alter qui prius magiſter non fuerit, loco ſui ponetur et tollet que ad ipſum ſpectant. Eodem tempore decreuerunt, quod quicunque aliquis guldam queſierit et ſideiuſſorem poſuerit quod procedat, tunc nullam ſocietatem cum fratribus gulde pannicidarum et mercatorum prius habere debebit, quam guldam tribus vicibus queſierit, ut Juris eſt et ad guldam fuerit totaliter receptus. Iſtis tunc dabatur gulda: Seniori henningo miltart, franconi filio echardi de ſtenuelde, Roſe klot, herm. belcowe, Conrado filio ecchardi cum pectore.

Anno domini M°. CCC°. XXX°. feria tercia ante Nicolai habuerunt pannicide et mercatores colloquium: tunc data fuit gulda Lamberto inſtitori et werneker went et nycol. de yden.

Anno domini M°. CCC°. XXXII°. Dominica proxima poſt Bartholomei biberunt pannicide et mercatores guldam: tunc fuit magiſter Criſtianus kint, Aldermanni Johannes de Sluden et Reyner de calue. Ad futuram guldam inſtituebatur magiſter Rulo de biſmarck, Aldermannus Dencke noye et Ghiſo de Scadewer prope ſemitam. Miniſtrantes Ar. vlaſmenger monetarius, Rulo werneri, Ebelingus et Johannes Brunſwich. Tunc iſti acquiſierunt guldam: Dominus Conradus de arnſtede prepoſitus in Stendal, Dominus marquardus prepoſitus in wizſtock, Dominus Johannes vrſus canonicus in Stendal, dominus gherdangus, Dominus petrus vicarius ad Sanctum Petrum, ſacerdotes. Item Arnoldus de yeghowe, Senior boldewer et Otto dicti de Kampe; dominus fredericus eorum capellanus plebanus in ſandow, Johannes de ſcarthowe, Ar. beſwede, Eggelko caſtel, Nicol. kremer,

hinricus portiz, Thidericus melcowe, Thid. cruſemarck. Tunc decreuerunt omnes fratres gulde communiter ſtatuentes, Quum aliquis fratrum moreretur ex gulda, ipſius exequiis omnes alii debent totaliter intereſſe: quicunque non fecerit dictam libram cere dabit, niſi tunc racionabiliorem cauſam habuerit ſe excuſandi.

Anno domini M°. CCC°. XXX quinto, In die dominico ante mathei, Celebrata fuit gulda et bibita. Tunc fuit magiſter Rulo de biſmarck, Aldermanni Denecke noye et Ghiſo de ſcadewachten. Tunc ad futuram guldam inſtituebatur magiſter henningus duſer, aldermanni Tune hiddo et Ebeligus apud fratres; Miniſtrantes henricus de ſcepelitz prefectus, coppe beringeri, Gherze borken, heyne vrancke. Tunc iſti acquiſierunt guldam Dominus Johannes de roxze, dominus yacobus de ſluden, dominus henricus man, plebanus in oſterborch, et dominus henricus horn et dominus eghardus de ſtenuelde et dominus conradus de buch, filius conradi de buch, et Cune de buch, pater eius, Dominus Wernerus de vincelberghe, Clerici omnes, preter Cune de Buch. Item de laycis Boldewinus dapifer, Cuneke de egſtede, Coppe de brizke, hennig de gorne, Cune de wlzich, vritze dequede, Thy. kremko et Lemme roxze habet guldam nauigantium; Item yorden rike et filius eghardi cum pectore, hennig gardelege, henke hake, hennig cruſemarck, heyne hoghe, Patruus nycol. gunteri et yordan gunteri, yacob de budiz et heyne vrienſten, qui tunc officium ſuum abiuravit. Tunc omnes fratres gulde communiter decreuerunt ſtatuentes. Primo quicunque ex fratribus alteri ſuo confratre in fertone vel minus obligatur, nuſquam debet eum niſi in colloquio inculpare: qui ſi fatetur, perſoluet infra quindenam: quod ſi non fecerit, inpignorabitur pro quinque ſolidis, quos gulda optinebit. Si uero negauerit, ſtatim cum ſuo iuramento ſe expurgabit. Item ſi quis contumaciter in tribus colloquiis continuis ſe abſentauerit, guldam ſuam perdet, aut cauſam racionabilem ſue abſencie cum ſuo iuramento demonſtret. Item quicumque ſine licentia magiſtrorum exiit colloquium, inpignorabitur pro VI denariis, quos gulda optinebit. Sed qui exiit colloquium contumaciter uel ſuperbe, quum magiſtri eum manere iubent, guldam ſuam perdet. Item qui proderit illum, qui pannum inſiderit non habens guldam, vnam ſcopam vini habebit, ſi exceſſus fuerit uerificatus. Item nullus debet habere hoſpitem, vbi gulda bibitur, illum qui per diem et annum in ciuitate moram traxerit et cum alio fuerit in expenſis. Item nulli dabitur gulda niſi tria colloquia legitima in anno viſitauerit. Item nulli ab extra uenienti dabitur gulda, niſi habuerit litteras oſtendentes, quod de thoro legitimo ſit procreatus, ſi de eo credulitas non habeatur. Item nullus habens guldam, qui iuribus gulde utitur, debet eſſe magiſter uel aldermannus in alia gulda nec cum perſonis alterius gulde interloquia et locutiones habere. Quod ſi fecerit, guldam ſuam perdet. Item omnis, cuius pater guldam non habuit, ſiue ab intus ſeu ab extra veniens, qui wlt adipiſci guldam, dabit ſex marcas ſine gracia. Item quum celebratur gulda, tunc nulli dabitur gulda niſi eam in duobus colloquiis preteritis queſierit, niſi clericis in ciuitate beneficiatis et exceptis militibus, famulis et nobilibus dignis et exceptis illis, quorum patres ipſam guldam habuerunt. Item qui durante colloquio non uenerit ad colloquium, debet per ſeruum pro VI denariis impignorari, et ſi quis pignus ſuum defenderit, perdet V ſolidos, niſi tunc de ſingulis cauſam habuerit rationabilem ſe excuſandi.

Anno domini M°. CCC°. XXXVIII. celebrata fuit ghulda per fortiter bibentes in die dominico poſt Bartolomei. Tunc fuit magiſter ghodeſcalk de yergow, aldermanni fuerunt Conradus hyddo et Ebelingus, tunc ad futuram ghuldam magiſter electus fuit Reyner Calue, Aldermanni wyneke Scadewachten et Bolo werneri: miniſtrantes fuerunt Hinricus ſcepelicz, Koppe Beringer, Ghercke borke et heyne vranke. Tunc illo anno data fuit ghulda Bocholte, Nycolao ſluden, Bete-

kino rokyz, Tylen de Scadewachten, Kerſten plomeſe, et ghulda ſtagni data fuit ludolfo Byl, Conrado ſmit, domino hinrico kuryz, Johanni de Scepelyz, Alberto de aluenſleuen. Tunc de conſenſu omnium pro Jure ghulde concorditer ſtatutum fuit, quod habens ghuldam, cui ex patre ghulda innata non eſſet, ſi habeat filios etatis vltra octo annos, tales filii, ſi eciam ghuldam noſtram intrare voluerunt, dabunt pro ghulda id, quod eorum pater. Si vero filii eius fuerint etatis infra octo annos, tunc dabunt pro ghulda, quando intrare voluerunt, viginti ſex denarios. Secundo ſtatutum fuit pro iure ghulde, quod nemo de confratribus noſtris debet cauſas noſtras, que in ghulda noſtra tractantur et mouentur, cum aliis extra ghuldam et ghuldam noſtram non habentibus tractare et manifeſtare. Quod ſi fecerit et cum duobus confratribus ſuis conuictus fuerit, ſoluet penam ſuper hoc arbitratam et ſtatutam.

Item in die fori nullus debet aperire ciſtam ſuam, niſi prius ambe Janue in vtraque domo fuerint aperte: qui hoc infregerit, V ſolidos emendabit.

Anno domini M°. CCC°. XLII°., die dominico poſt Bartholomei celebrata fuit gilda et per fortiter bibita. Tunc magiſter fuit Reyner de kalue, aldermanni fuerunt wynecke Scadewachten et Role werner. Tunc ad futuram gyldam electus fuit magiſter deneke noye; aldermanni Arnt vlaſmengher et Joh. buck; Miniſtrantes henr. miltard, hoyger kalue, berth. Kaſtel et Arnt Kone. Tunc et in Annis preteritis acquiſiuerunt gyldam franſoyſer, vranke goltbeke, Junghe hans arnberg, hans Junghe, Laurentius, filius Johannis Laurenz, Junghe hans bilmarcke, heyn Schulte, Gunter Koppyn, Gher. kothen, hans huſelitz, hoyger de cimiterio, hans kaſtel, Junghe heyn Berndes, heyn Kaſtel, hans miltard, Tylo hoghe, Junghe godeſchalc, pawel biſmarc, Arnt berndes, yan lenzen, Deneke ſtendal. weſſel enghels. Item in feſto gilde data fuit gilda . . . beth. vriſo, lodewico borſt, Enghel hidden, vranke, filius hinrici vranken, Nycol. ſtenueld, Reyncke vrenſten, Junghe buck, gher. hoghe, Gotzeke, hans ſchadewachten, Roſe biſmarck, gher. viſne. Item domino Joh. de oſenbrueghe, her conr. duſer, her hinr. ſtalberg, h. giſo gyſekens, her gherding, her will bacmeſter, h. peter nortſted, h. hermann belkow, h. weſſel heſtede, h. yan horn.

Anno domini M°. CCC°. XLIII°. hiis data fuit gilda: Jord. duſer, hans bucholt, hans kyritz.

Anno domini M°. CCC°. XLIII°., feria II poſt letare fuit colloquium, tunc iſtis data fuit gilda: Joh. Kalue, hinr. klot, Junghe hans inſel, Cone moreg.

Eodem Anno fratres communiter decreuerunt, quod iuxta litteras dominorum omni Anno deberent eligi vnus magiſter et alii quatuor boni viri, qui rebus gilde fideliter preeſſe debeant: tunc poſt bartolomei fuit colloquium, in quo electus fuit magiſter ſenior gyſo de ſchadewachten, aldermanni electi fuerunt gher. noppow, Johannes brunſwich, Arnoldus pordiz, gher. borken. Tunc data fuit gilda philippo de kochen, Johanni ſchulten, Joh. laurentio iuniori, Reynero vreinſten, Johanni Rokiz.

Anno M°. CCC°. XLV°., feria V ante feſtum natiuitatis beate virginis fuit colloquium. Tunc electus in magiſtrum Johannes buck, aldermanni fuerunt Arnoldus Kone, henr. miltard, Johannes brunſwich et Arnoldus pordiz.

Zacharia ſippelingk et ſoror eius, margareta, dederunt iohanni ſippelingh, eorum fratri, quidquid ad eos ex parte patris et matris et ſororis ad eos fuerit, de acker coſterbuſch fuerit deuolutum etc. etc.

Anno domini M°. CCC°. XLIX°., feria quinta ante bartholomei fuit colloquium pannicidarum et Magiſtri electi fuerunt Arnd kune, Tidericus borſtal, deneke paſchedach et coppekinus rike de arneborch, qui vna cum fratribus gilde concordauerunt bibere gildam cum tali iure, ut inſequenti-

bus declaratur. Primo quod quilibet confratri ſingulari in qualibet menſa vna quarta vini erit tribuenda. Item quod quilibet confrater facete ac curialiter debet comedere et bibere et ſingulas facecias in menſa tenere, et qui exceſſerit, ciuitati atque gilde II marcam emendabit equaliter dividendam. Item in prima die quum gildam bibere debent ante inceptionem, tunc magiſtri gilde cum conſenſu conſulum debent habere plenam auctoritatem colloquium proclamandi, et qui tunc colloquium queſierit, ſi eciam prius non queſiuit ex ſpeciali prerogatiua, dummodo honeſta ſit perſona et honeſte ſe rexerit, opus ſibi donari debet ſine contradictione. Et ſi magiſtri aliquem ſeu aliquos in ſeruiciis elegerint ad coquinam ſeu ad vina diſtribuenda, hoc ille, qui electus fuerit, facere debet ſine contradictione et ſi contra diceret, hoc ciuitati atque gilde cum I marca emendabit. Item nullus confratrum debet qui gildam non habuerit ſecum adducere ſuos filios, niſi ad hoc ſpecialiter fuerit vocatus.

Item ſi confratribus vina, quibus non indigent, ſupereſſent, tunc magiſtri ad ducillandum vendere ſine denariis local. plenam debent habere poteſtatem. Item ſi aliquis confratrum ratione fragilitatis ſeu negotiorum ſpecialium, ita quod non eſſet preſens, ad gildam ire non poſſet et pro ſuo vino mitteret, illi vina ſua ſunt mittenda, et ſi aliquis temerario auſu neglexerit et venire ad gildam nollet, illi omnino nichil eſt donandum.

Nach der Urſchrift im rathhäuslichen Archiv No. 58.

CXIII. Agnes, Herzogin von Braunſchweig, Herrin der Altmark, beſtimmt die Abgaben der Juden in Stendal, am 11. November 1329.

Nouerint vniuerſi, ad quorum notitiam deuenerit preſens ſcriptum, quod nos Agnes, dei gratia in Bruneswich Duciſſa, antique Marchie Domina, cum uniuerſis noſtris Judeis in Stendal et ad eorum uniuerſitatem ſpectantibus placitauimus in hunc modum, Quod ipſi Judei preſentes et futuri nobis ab hac die in antea per ſex annos continuos quolibet anno ſupra feſtum ſancti Martini nomine contributionis dabunt XX Marcas argenti Brand. et ponderis, nec hanc ſummam propter diuitiarum affluentiam Judeorum eorundem vel ſi numerum ipſorum adaugeri contingerit, aliquatenus extendemus, nec etiam dictam ſummam remittemus vel diminuemus, ſi ipſos majori deputari contigerit, quod abſit, inopie aut ſi ipſorum numerus fuerit diminutus. Dicti quoque Judei noſtri talem modum circa extorſionem dicte pecunie obſeruabunt. Judei litteris ſeu priuilegiis noſtris ad ſpeciales ſummas dandas exemti primum ſuas ſummas exponent et quicunque tunc in XX Marcarum ſumma defecerit, hoc ceterorum Judeorum uniuerſitas adimplebit, quorum contributio infra Marcam annualiter perſoluetur, ſupra Marcam vero nobis annis ſingulis deuoluetur. Vt autem hec libertas dictis noſtris Judeis inconcuſſa ſeruetur, hanc literam noſtro ſigillo ſigillatam dari juſſimus ſuper eo. Adhibitis teſtibus ſcilicet Dno. Conrado, plebano in Gardelege, Dno. Henrico dicto Man, noſtris capellanis, Conrado de Oſterborch, Bertolde de Veltim, Bertoldo de Buzſt, militibus, ac noſtro Marſcalco Halt, dicto de Baſedow, cum aliis fide dignis. Actum et datum Tangermunde, anno domini M°. CCC°. XXIX°., die S. Martini, in noſtra preſencia.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 60.

CXIV. Die Herzogin Agnes verleiht einen Theil des Dorfes Süpplingen dem Schulzen und einigen Bürgern in Stendal, ohne Datum.

Dei gracia Nos Agnes, ducissa Brunswicensis, recognoscimus publice per hec scripta, quod prudenti viro Hermanno Sesseken, prefecto nostro in stendal, nec non heysoni et hennekyno filiis sassenbergh atque arnoldo, vlasmenger dicto, contulimus et per presentes litteras debita obseruata pheodi solempnitate, que circa bonorum collacionem consweuit, duas partes et dimidiam villam supplinghen cum vniuersis suis prouenientibus et attinenciis, tam agris quam pratis, pascuis, siluis, precaria denariorum, censu, summo et ymo iudiciis, iure patronatus, seruicio curruum et alio seruicio quouis reali et personali, nichil nobis ibidem retinentes quam precariam dumtaxat frumenti. Predicti quoque et eorum heredes legittimi possidebunt bona eadem in solidum atque iure legittimo ciuitatis, pro qua quidem collacione dicti burgenses nostri satisfecerunt pro nostre libito voluntatis. In cuius etc. Presentibus etc. Datum etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XCII.

CXV. Herzog Otto von Braunschweig verleiht einen Theil des Dorfs Süpplingen an Bürger in Stendal, ohne Datum.

Von der gnaden gods wi Otte, hertoge to Brunswick, don witlich alle den, die disen brief sehen vnde horn, dat wi hebben ghelegin vnde lighen in deseme iegenwardigen briefe den wisen mannen Arnolden vnd Jordanen, brudere, geheten vlasmenger, vsen burgern to stendal, eren rechten eruen, den deil des dorpes to supplinghe mit allem rechte, nut vnd vreiheit, alse hennich von porey, vse dener, van vs hadde. Dese suluen borger vnd ere rechten eruen scullen dessen vorbenomden deil des dorpes to supplinghen besitten vnd halden to stadrechte, also andere vse borger to stendal ere gute besitten vnd von vs hebben. Tho eneme orkund disser dinck hebbe wi etc. Datum etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XCI.

CXVI. Herzog Otto von Braunschweig und seine Gemahlin Agnes beschenken den Altar St. Annen zu Stendal zum Seelenheile des Markgrafen Woldemar, am 5. März 1330.

In nomine Domini Amen. Cum cristiane religionis precipue illorum, quos Deus altissimus excellencia pretulit principatus, interesse dinoscatur, per fundacionem et dotacionem beneficiorum ecclesiasticorum in honorem Dei et remissionem peccaminum et in memoriam fidelium, quantum

humane conditioni eſt poſſibile, alimentare; Hinc eſt, quod nos Otto, Dei gracia Dux Brunſvicenſis, et Agnes, ejusdem gracia ibidem Duciſſa et antique Marchie Domina, recognoſcimus tenore preſencium, publice proteſtantes, quod in ſalubre remedium animarum progenitorum noſtrorum, et precipue illuſtris principis, Domini Woldemari, quondam Marchionis de Brandenburch, nec non in ſalutem animarum noſtrarum, de conſenſu patris ac fratris noſtri, Domini Alberti, eccleſie Halberſtadenſis epiſcopi, ſex fruſta redituum, ſita in villa Oſtheren, quatuor ſcilicet in curia Henningi Ellinge ſiliginis et ordei, et in Weſt-Oſtheren in curia Arnoldi prefecti tredecim modios ordei, in curia Arnoldi de Welle XXIII modios ordei et in curia Petri Rudolphi dimidium chorum ordei, libera ab omni precaria et a quacunque exactione, quocunque eciam nomine cenſeatur, et duos manſos liberos ab omni precaria et exactione, ſitos in villa Colbu, quos quondam habebat et poſſidebat Steinbeke, ad nos jure dominii pertinencia, ad altare fundandum et dotandum in honorem glorioſe virginis Marie et beate Anne inclite matris ejuſdem donamus, tradimus et aſſignamus pleno jure, renunciantes nihilominus omni jure, quod in ipſis bonis predictis dinoſcimur habuiſſe. Quam donacionem, tradicionem et aſſignacionem abſque cujuſlibet impetitione pro Dei et divino culto perpetuis volumus eſſe temporibus valituram. Que eciam predicta bona pro jure ipſius altaris et pro uſufructu miniſtri ejusdem ad manus honorabilium virorum conſulum civitatis noſtre Stendal poſuimus et duximus ſub fidelitatis ſpecie commendanda, ſalvo hoc nobis et miniſtro altaris ejuſdem, quod altare ejusmodi de conſenſu predicti fratris et patris noſtri, Epiſcopi Halberſtadenſis, expedire viſum fuerit, poterit commutari. In quorum recognicionem ſigilla noſtra duximus preſentibus apponenda. Datum Tangermundis, Anno Domini MCCCXXX, in craſtino Dominice, qua cantatur Reminiſcere.

Aus der hiſtor. Sammlung Heft IV, S. 387.

CXVII. Mag. Dieterich Steinfeld ſchenkt dem Nicolaiſtift in Stendal das Patronat über den Altar St. Vincenz und St. Bonifaz in der Petrikirche daſelbſt, am 6. Mai 1330.

In nomine domini Amen. Ego Magiſter Thidericus ſtenvelde, vicarius Eccleſie Sancti Petri in Stendal, Recognoſco tenore preſencium publice proteſtans, quod Jus patronatus ſeu Jus preſentandi, quod mihi in altari Beatorum vyncenſii et Boniſacii martirum, ſito in eccleſia Beati Petri in Stendal, ipſi Eccleſie Sancti Nycolai in Stendal ſeu capellano, ad quos ſemper fauorem et gratiam habui ſpecialem, duxi perpetue et libere condonandum, Hoc ſane prouiſo, quod predictum altare nulli, niſi actu ſacerdoti vel ei, qui primo anno collacionis ſecundum ſtatuta ſacrorum canonum ad ordines ſacras et precipue ad ordinem ſacerdocii promoueri poterit, conferri debeat quoquomodo et miniſter eiusdem altaris ad obedienciam domini decani ſecundum iuſticiam vel graciam ſtabit perpetuo Reuerenter et idem vicarius horas Canonicas in eccleſia S. Petri cum plebano diebus ſingulis et omnibus obſeruabit, et ad dicendum vel cantandum miſſam omnibus et ſingulis diebus eſſe debet diſtrictius obligatus. Preterea de omnibus aliis obſeruanciis communibus faciet, ſicut ſecundum obedienciam alii vicarii altarium ſecundum conſuetudinem facere conſueuerunt. Hoc eciam ſaluo, quod mihi ſeu Eccleſie hauelbergenſi, quam diu vixero, Ad pre-

dictum Altare jus integrum maneat preſentandi. Datum Stendal, Anno domini M°. CCC°. XXX., dominica, qua cantatur Cantate, poſt paſcha.

Nach dem Original im Beſitz der Petrikirche.

CXVIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal auf 15 Jahre an Bürger daſelbſt, am 24. Auguſt 1333.

Anno M°. CCC°. Triceſimo tercio, in die B. Bartholomei, contulimus diſcretis viris Ade de Grabowe, Arnoldo Billenwerde, Johanni de Letzeke, ciuibus noſtris in Stendal, eorumque veris heredibus medietatem monete noſtre in Stendal a tempore quo exſpirabit terminus Valkonis, ciuis ibidem, per quindecim annos continuos in antea ſubſequentes habendam, gubernandam, quiete et pacifice poſſidendam, Cuius falconis terminus exſpirabit in die beati Georii nunc proxima, ad vndecim annos. Et ipſi predictam monetam ſeruabunt et regent, prout per ceteros monetarios hactenus eſt ſeruatum, Ita quod quevis marca ſubſiſtat pura et alba licet in ipſa vnum lotum et IIII denarii deficiant et quod XXVIII ſolidi denariorum Brandenburgenſium cum IIII denariis debent marcam in pondere continere. Cumque antiqui denarii prohibentur, extunc per circulum illius anni nullus debet emere cum denariis antiquis, ſed cum denariis nouis, qui noui denarii exire debent octauo die ante feſtum beati Jacobi. Si vero denariis dictorum monetariorum varam decreuerimus adhibere, hoc nuſquam licebit, niſi in eorum fabrica vel in capſorum aſſere eorundem. Et ſi alibi quam apud dictos monetarios vel eorum capſores falſi vel non datiui denarii inuenirentur, pro huiusmodi exceſſibus jam dicti noſtri monetarii non tenebuntur vllatenus reſpondere, et ſi forte vnus exceſſerit in moneta, hic ſolus illum exceſſum ſecundum gratiam emendabit et innocentes erunt alii et indempnes. Preterea diſtricte inhibemus, ut nullus audeat denarios in terra noſtra antiqua Marchia comburendo purificare aut examinare ad uſtionem argentum aut cambire denarios, niſi de predictorum monetariorum noſtrorum certa ſcientia et voluntate, ſed ſolummodo auriſabri poterunt comburere argentum pro neceſſitate ſui operis et non magis. Inſuper ſi aliquem ex dictis monetariis medio tempore vel ante tempus mori contigerit, tunc heredibus ſuis vel amicis ſuis propinquioribus, ſi heredes non fuerint, firma tenere debebimus hec omnia prenotata. Inhibemus etiam ſub pena rerum et corporis, ne quis criſtianus vel iudeus denarios graues aut leues eliciat vel eligat per aliquam libram vel inſtrumentum, quod Zegher dicitur, vel inſtrumentum aliud qualecunque, ſtatuentes quod quicunque comprehenderit talia committentem, deprehendens quartam partem tollit exceſſus illius et ciuitas, in qua deprehenſus fuerit, quartam partem et nos mediam partem noſtris vſibus reſeruamus. Nullus etiam dictis noſtris monetariis varam inferre preſumat ſine noſtro conſenſu certo et expreſſo.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. V, I. C. 4a. des Geh. Staats- und Kab.-Archives. In dem Copialbuche folgt hierauf unter No. VI. und unter der Ueberſchrift Eorundem annorum collacio facta aliis personis infrascriptis die Notiz: Eodem die et loco. Contulimus Ar. et Jord. fratribus dictis Vleismanger (sic), nec non Cunrado hydden, ciuibus in Stendal, eadem bona supra notata.

CXIX. Mannſchaft und Stadt Gardelegen verbinden ſich mit der Mannſchaft und Stadt Stendal zu gewiſſen gemeinſchaftlichen Schutzmaaßregeln, am 9. October 1334.

Wye Riddere vnde knechte in deme lande tu Gardeleghe, Ratman, alt vnde nye, mit der menheit in der Stad tu Gardeleghe bekennen vnde dun wittelik alle den, di diſſen Bryf ſien vnd horen, dat wie ghelouet vnd ghefuoren hebben eyne ganze ſtede enunge mit den Ryddern vnd knechten in deme Lande tu Stendal, Ratmannen alden vnde nyen vnde mit der Meynheit in der ſtad tu Stendal in diſſen ſtücken, di hir na ſtan beſchreuen. Dat irſte, dat wie willen di alden enunge halden, alſo ſie is bebriuet. Dat ander, dat me jowelkeme manne helpen ſchal, dat hie bi rechte bliue. Dat dridde, dat me ride vn kome tu den dedinghes daghen, di wie beſcheiden vnd maken. Dat vierde, Ofte ſik enneghe Lude vnder vs tweyen oder ſchelen, dat wie di vntſcheiden vnde vrunden vnd dat ore vntſcheydunghe ghehalden werde. Des ſo wille wie kyſen vnd ſetten eynen knecht vnd enen Borgher vnder vns, di ſcholen riden mid den, di ſie dar tu ſetten, ſuanne ennich nod is diſſer dinghe, dide hir vnd in der alden Enunge ſint beſchreuen. Vort mer worde ennich man dar tu beſcheiden oder ghekoren, dat hie ſprieke des landes oder der ſtede wort, wat me ene hiete ſpreken, wolde dene ennich man dar vmme verdenken oder vervnrechten, dene ſchole wie vordedinghen vnd hulpelik ſien alle ſines rechtes. Dat wie dith ganz vnde ſtede holden willen, des hebbe wie diſſen oppenen bryef beſeghelt mit der ſtad ingheſeghel tu Gardeleghe vnd mit hern henniges van ſantersleue, des ridderes, hanſes van lynſtede, hanſes van Ronſtede, hanſes moweryn, hanſes van dorſtad, heynekens van Rochowe, Gherens van Ammenſleue vnde Claweſes van ſadenbeke, der knechte. Na der Boord vnſes herren Godes Duſent jar, drihundert jar in deme virendrittigheſten jare, in ſunte Dyoniſies daghe des heylighen Merteleres.

Nach dem Original des Stendalſchen Rathsarchives No. 67.

CXX. Herzog Otto von Braunſchweig entſcheidet eine zwiſchen Stendal und Tangermünde ſchwebende Streitigkeit wegen des Salz-Zolles, am 9. October (1334?).

Edele Here vnde Vorſte, Hertoge Otte von Brunſwik. Wi Ratmanne to Stendal don ju witlik vmme den Salt Toll tuſchen uns vnde den Borgeren to Tangermünde, dat ji vns daran wntwerren. In vnſer Toll Brief ſteit geſcreven, alſo yi wol ghehoret hebben, dat yewelk wagen mit Salte, de to Stendal kumt vnde neder lecht, de ſcal geven ein Schepel Salte to Tolle, dat ſelve moten don vnſere Borgere, over dat moten datſelve don vnſe Borgere vnde de von Tangermünde to Gardelege vnde to Oſterborch. Den Tol-Brief heft ghehat her Yan von Buck vnde darna her Nicol vnde her Bernard von Buck ſine Söne, darna her Ghevehard von Plato, darna Heynecke her Winandes, vnde de von Scadewachten, von deme de Stat to Stendal hebben afghekoft. Vnde alſo dane wis is derſelve Tolbrief an vns ghe-

komen, vnde nemen denſelben Salt-Toll, alſe he vor ghenomen is. Vnde is der Stat to Stendal alſo dane wis ghelathen vnd hebben ghehat manch jar in vnſer hebbenden wer, dat wil wi mit vnſeme Rechte behalden, wo wi ſcolen.

Dit is de Scelinge, de wy Ratmanne vnde Borgere to Tangermünde hebben gelaten vp den erbaren Vorſten, vnſern heren Hertoghen Otten von Brunſwik. De Borger von Stendal willen von vſen Borgheren vnrechten Toll hebben, jo von deme Wagen Saltes en Shepel Saltes, des wy to recht nicht gheven ſcolen, noch ny ghegevene hebben bi aller denkeninge, di nu leven, widder her Jane von Buck noch her Nicol, ſineme Sone, noch eymene, die den Tol gehat hebben, bet in deſſene hudeghen daghe, vnde bidden vnſen vorbenomeden edeln heren, dat he vns des entſceyde, vp ſie vp vns vnde vp vnſe Borghere deſſen nyen unrechten Toll ſetten vnde bringhen mogen, oder wi us des bat weren moghen, oder vp ſie negher mit erene Ede vſe vnde vnſer Stat Vriheit to benemende ſin, oder wi die mit vſeme Recht negher to beholdende ſin.

Sint dem male dat de Ratmanne von Stendal vnde die Ratmanne vnde Borgere to Tangermünde diſzer vorbeſcrevene Rede vp vns Hertogen Otten von Brunſwik hebben gheghan als vp eren Overmann, des ſpreke wi vor eyn Recht, wenne wi nicht rechteres enweten noch befragen en konnen, dat te Rat vnde Borghere to Tangermünde negher ſich ſin mit eren Eden to werende, dat ſe de Salt Toll nicht ghegheven en hebben oder gheven ſcolen, wenne de von Stendal to beholdende mit eren Eden, da de von Tangermünde diſſen Salt-Toll ghegeven hebben oder gheven ſcolen. Tu eyner betüghinge deſſer ding hebbe we deſzen Brief laten beſegeln mit vſeme Inghelegele. Na Godes bort drittinhundert Jar .... in Sunte Dioniſius Daghe.

Nach Beckmann's Beſchreib. a. a. O, Sp. 275. 276. — Lenz, Br. Urk. S. 243—245.

CXXI. Der Rath zu Stendal überläßt den Fleiſchern die Scharren und ordnet deren Innung, etwa am 22. April 1335.

Cum omnium habere memoriam potius ſit diuinitatis quam humanitatis, expedit geſta fidelium ſcripturarum ſeriis et teſtibus perhennari, Ne tractu temporis a memoria pereant et euaneſcant. Hinc eſt quod nos Conſules vniuerſi ciuitatis Stendal omnibus, quorum intereſſe poterit, tam preſentibus quam futuris, cupimus ſore notum, Quod ex maturo peritorum conſilio prehabito et de communi conſenſu noſtrorum comburgenſium, dilectis noſtris ciuibus carnificibus dedimus fraternitatem, que Inninghe dicitur, tali iure vt in ſequentibus declaratur. Primo videlicet quod ipſis macella vendidimus, quodlibet pro nouem fertonibus, tamquam alia hereditaria bona hereditarie in noſtra ciuitate poſſidenda, Ita quod ad macella nunc edificata duo poſſimus adhuc macella et non pluria edificare. Nullus preterea debet aliquod macellum emere, niſi pro ſemet in eo ſtare propoſuerit et manere. Nullus quoque duo macella ſibi comparabit, et quolibet Anno mittent ſortes pro macellis edificandis, poſtquam edificata fuerunt, quemadmodum ſemel in anno facient pro iam edificatis. Cenſum eciam conſuetum quater in anno videlicet III ſolidos de quolibet magno macello et III ſolidos de quolibet paruo in quolibet quartali ſingulis annis dabunt ciuitati, quemadmodum hactenus dare conſueuerunt. Preterea nulli licitum eſt in noſtra ciuitate carnes vendere aut mactare

niſi macellum habuerit noſterque ciuis fuerit et carnificum opus habuerit et fraternitatem eorundem. Qui hoc infregerit cum XXl ſolidis emendabit, De quibus nos duas partes habebimus et eorum fraternitas tertiam partem optinebit. Sed in foris annualibus carnes quilibet vendere poteſt et in paſcha. Aſſatores non vendent carnes crudas nec eas ante ianuas et feneſtras pendent, eciam ſi ipſas vendere nollent: quod ſi fecerint cum V ſolidis emendabunt, quam pecuniam cum carnificibus equam diuidemus. Puer autem, cuius pater fraternitatem carnificum antea non habuerit, et extraneus, ſi eam deſiderat adipiſci, debet a primo colloquio, id eſt morghenſprake, vſque ad tertium colloquium prorogari: qui ſi honeſtus fuerit tunc recipiatur et pro introitu XXl ſolidos dabit; Sed puer, cuius pater ipſam fraternitatem ante habuerit, ſi eam deſiderat, in primo colloquio recipiatur et pro introitu V ſolidos erogabit et de omnibus pro introitu datis, tam de innatis quam extraneis, nos duas partes habebimus, carnificum vero fraternitas terciam partem retinebit. Item quicunque pro opere eorum petierit, ab illo colloquio alteri ſeruire non debet, Sed panem proprium debet deinceps manducare. Ipſorum eciam opus nulli dabitur niſi coram conſulibus, ita quod duo aut ſaltem vnus de magiſtris cum eo veniant ad nos, quod dignus ſit profitentes. Rancidas vero carnes habens preſertim in die fori debet macellum ſuum claudere et ante macellum eas in menſa vendere. Si vero eas in macello vendiderit et magiſtri prius quam nos inuenerint, venditor cum lll ſolidis emendabit: hanc pecuniam Nos eque cum eorum fraternitate diuidemus et inſuper venditor magiſtris Vl denarios erogabit. Sed ſi nos prius quam magiſtri carnes rancidas in macello inuenerimus, tunc venditor iuxta ciuitatis arbitrium emendabit. Nemo debet preempcionem alteri facere et ſi quis in hoc duobus aut tribus confratribus victus fuerit, cum lll ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus, et inſuper magiſtris Vl denarios erogabit. Si quis eciam confratrem ſuum verbis ſeu factis malẽtractauerit cum V ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Item magiſtri ordinabunt, quod confratres ſui ſingulis diebus oportunis ſufficientes in macellis habeant carnes et decentes ſiccas et recentes foris racionabilem facientes ita quod ex hoc nulla querela oriatur, et ſi hoc infregerint, ita quod nos ipſos in hoc culpabiles iudicabimus et dicemus, extunc magiſtri pro tali exceſſu XXXVl Solidos dabunt ciuitati, nichil inde reſtituendo. Duo de carnificibus non debent vendere vnum jumentum, quod hic intelligitur eyn Rynt, sed infra feſtum aſſenſionis ſancte crucis et feſtum beati michaelis duo poſſunt vnum iumentum vendere, quod non ſit vilius, quam XXVlll ſolidorum. Item nullus infra dictum tempus debet carnes vendere prenotatas nec eas mactare niſi veſpere fuerint pulſate. Nemo ex eis admittere debet iudeos ad mactandum carnes, niſi prius licencia a nobis ſit optenta, et qui hoc infregerit iuxta arbitrium ciuitatis emendabit, nec Judei mactabunt carnes niſi a carnificibus eas emerint, et ſi hoc infregerint extunc carnifices plenum a nobis poſſe habebunt mittendi illas carnes ſancto ſpiritui et infirmis pro exceſſibus Judeorum. Item Judei in domo non mactabunt carnes, ſed ſi habuerint vitulum in domo eductum, hunc in ponte mactabunt: quod ſi infregerint cum XXl ſolidis emendabunt, Cuius pecunie nos duas partes habebimus et eorum fraternitas partem tertiam optinebit. Inteſtinum vnum, quod hic intelligitur ein niſter, per totum annum pro vno denario vendi debet et pro duobus denariis llll^{or}. pedes porci. Si quis propter auariciam pecora emerit indatiua et mala, perdet ciuilitatem et opus, ſi probabiliter fuerit conuictus, et qui pecora emerit ſpoliata cum V ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Et carnes, quas magiſtri de macellis iuſſerint deportari, deferri debent et eas amplius vendere nullus debet. Si quis eciam furtiue receſſerit cum bonis alterius, huic ciuilitas abiudicabitur atque opus. Duo ex ipſis non debent magis quam in ſola ara emere, qui hoc infregerint, quilibet eorum cum V ſolidis

emendabit, quos eque cum eorum fraternitate ſeu gilda diuidemus. Quatuor non debent emere pariter, niſi ſemel ante computacionem et quocienscunque pariter emerint ſtatim computabuntur et poſt computationem iterum ſemel emere pariter bouem poſſunt: qui hoc infregerint, quilibet eorum cum V ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. Noui magiſtri eorum cum electi fuerint, preſentabunt ſe nobis ſic iurantes, quod hoc Anno ciuitati iuſte faciant et iura fraternitatis eorum omnia ſeruent hic conſcripta. Nemo debet habere ſeruum ſecum ſtantem. cui vllos tribuat denarios deputatos IIII^{or}. aut II magis aut minus; Sed ſi dimidium lucrum ſibi dederit, licite ſecum ſtabit, et qui in hoc conuictus fuerit, cum X ſolidis emendabit, quos eque cum eorum fraternitate diuidemus. In dominicis diebus nullus ſtabit diutius in macello, quam ad eccleſiam beate virginis circuitus cimiterii peragatur. Si quis vltra ſteterit, cum vno ſolido emendabit, quem cum eorum fraternitate eque diuidemus. Quicunque ad colloquium intimatum non uenerit, ſi primo et ſecundo negglexerit, tociens cum VI denariis emendabit, quos eorum fraternitas optinebit. Si vero propter malitiam aut ſuperbiam tribus vicibus quis nollet colloquium viſitare, ciuilitatis et operis expers erit et omnis a ciuilitate et opere deſtituitur. Reacquiret fraternitatem et opus ac ciuilitatem tamquam ſi nullum eorum antea habuiſſet. Item quum carnifices colloquium habebunt, tunc duos de conſulibus aduocabunt, qui cum ipſis ſedebunt, donec colloquium fuerit terminatum, quibus egreſſis vltra colloquium non durabit: et ſi quis Boni excogitauerint, quod ciuitati et eorum operi vtile viſum fuerit, hoc ad nos proferent confirmandum. Quicunque ex eis piſces recentes vendiderint in Stendal, expers operis erit et ciuilitatis. Preterea ſi aliqua macella vileſcentur aut per ignis exuſtionem perirent, tunc pro quolibet macello reformando dimidiam marcam nobis in ſubſidium erogabunt. Is qui aliquod macellum emerit, ſibi debet coram nobis macellum emptum aſſignari et pro aſſignatione, que hic intelligitur vpghift, debet emptor mediam marcam ciuitati erogare. Item ſi vnus de fratribus aut ſororibus, ad quos aliquod macellum hereditario iure fuerit deuolutum, uellet alteri ſuum macellum dimittere, et ſi alie perſone hereditarie inter ſe idem uellent facere, tunc perſona, cui macellum dimitteretur, dabit vnum ſolidum ciuitati pro aſſignatione. Item qui macellum ſuum expoſuerit partim uel in toto, dabit vnum ſolidum ciuitati pro expoſicione. Nullus eciam diucius ſuum macellum niſi per tres annos exponere poteſt, et ſi is, cui macellum poſitum fuerit, elapſo triennio macellum ſibi poſitum voluerit optinere, tunc pro aſſignacione macelli mediam marcam ciuitati erogabit, et ſi quis aliquod macellum pro debitis areſtare voluerit ſeu occupare, hoc cum duobus conſulibus et vno magiſtro carnificum faciet et pro areſtatione I ſolidum dabit, de quo ciuitas VIII denarios et magiſter IIII^{or}. denarios optinebit et nuſquam alibi preter in colloquio carnificum poteſt macellum ab arreſtatione dimitti. Si quis eciam alteri ſe in aliquo teneri fatetur, debet in primo colloquio proxime ſequenti hoc quod faſſus eſt ſoluere et pagare: quod ſi non fecerit, tunc macellum ſuum debet ſuo creditori pro debitis, que ſibi faſſus eſt, aſſignari; ſed negans debita ſtatim in eodem colloquio, vbi negauit, cum ſuo iure ſe expurgabit. Omnes quoque littere ante hoc priuilegium a nobis date nichil optinent roboris nec firmitatis. Preterea ſi carnifices quidquam mali uel doli contra nos et ciuitatem fecerint, prout non credimus nec ſperamus, extunc fraternitatem eorum plenariam deponendi habebimus poteſtatem, et omnis, qui inſtitutionibus et ſtatutis ſeu iuribus ſupraſcriptis rebellis et contumax inuentus fuerit, ciuilitatis et expers erit. Ut autem omnia ſupraſcripta perpetua et firma permaneant, preſens ſcriptum noſtre ciuitatis authentico ſigillo roborauimus in memoriam ſempiternam, preſentibus nobis conſulibus nycolao gunteri, Reynero de kalue, Denekino noye, Johanne de Arnborch, Arnoldo vlaſmengher, Rulone werneri, ebelingho, gher. noppowe, Johanne brunſwich.

Arnoldo de porditz, Johanne de Bifmark et hoygero et pluribus aliis fide dignis. Acta funt hec in noftro confiftorio Anno domini M°. CCC°. XXX°. quinto, infra octauam pafche.

Nach dem Concept im Stendalfchen Rathsarchive No. 61.

CXXII. Markgraf Ludwig verleiht Bürgern zu Stendal das Dorf Lütcken-Ballerftädt und Hebungen aus Dalem, am 22. Mai 1336.

Wir Ludowicus etc. Bekennen vnd bethugen in deffem openen brife, dat wie conrade hinden vnd Adame van grabowe, Arnolde vnd Jordan, den brudern, geiheiten vlafmengere tu Steindal, haben gelegen vnd lien tu rechteme leene dat dorp tu lutticken ballerftede mit pachte, mit beide, mit tinfe, mit wagendinfte, mit vorleghen vnd vnuorleghen, mit aller nut vnd vrucht, mit aller orbede, mit deme richte hogheft vnd fideft vnd mit allen fchieden, de dar tu belegen fin, vnd mit allem rechte, alfo dat wie dar nicht inne behalden. Och habbe wie vn gheleghen vnde lyen in duffeme brife in deme dorppe tu dalem in hennicken beigendorpes houe Enen wifchepel Rocken vnde ennen wifchepel gerften vnde in deme felben dorpe drie wifchepel hauern, tuei vnde vircich honere vnde achtein fcok eygere. Alle dar hir vor befcriben is, dat lige wie vn vnd iren rechten eruen mit famender hant tu befittende, als id her boldewin van dem campe vor heft gehat tu der ftat rechte tu Stendal, als die borgere von ftendal ere lengut hebben vnde befitten, funder allerleie hinder vnd befwerniffe. Teftes funt hermannus comes de hennenberg, Johannes de Buch, hennik iagow, heineke crochern, kuneke Eckftede. Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., quarta feria proxima poft penthecoften.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LII.

CXXIII. Markgraf Ludwig verleiht die Münze in Stendal einigen Bürgern auf neun Jahre, am 24. Juni 1336.

Anno M°. CCC°. XXXVI°. Nos Ludowicus etc. Recognofcimus tenore prefencium publice proteftantes, quod difcretis viris Arnoldo et Jordano, fratribus dictis valfmengere, atque ade de grabow et iohanni backen, ciuibus noftris in Steindal, nec non eorum veris et legittimis heredibus Contulimus in hiis fcriptis, conferimus in folidum, totam monetam noftram in ciuitate ftendal a datis prefentibus per nouem annos continuos in antea quiete et pa dendam cum omni iure et vtilitate, cum omni fructu et libertate ac eciam tali / fione noftra, quo et qua predeceffores eorum eam hactenus poffederunt, qua nibus et modis tenebunt et regent, quemadmodum ipfam ceteri monetari

cuius etc. Testes sunt hermannus comes de hennenberg, Johannes de buch, hennik de iagow, heineke de crochern, kuneke de Eckstede. Anno domini M°. CCC°. XXXVI°., in die Johannis baptiste.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg, No. LIII.

CXXIV. Der Erzbischof Otto von Magdeburg erklärt den Altmärkischen Städten den Anspruch auf ihren Besitz in dem mit dem Herzoge Otto von Braunschweig eingegangenen Vertrage aufgegeben zu haben, am 11. August 1336.

Nos Otto, dei gracia sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Recognoscimus publice per hec scripta et ad notitiam omnium quorum interest volumus peruenire, quod propter commodum et utilitatem reipublice ac pacem terre generalem super omnibus dissensionibus ac guerrarum discriminibus inter inclitum principem Dominum Ottonem, Ducem Brunsuicensem, et nos jam dudum duratis sumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem nec non Stendalgensis, Tangermundensis, Osterburgensis, Saltwedelensis ac Gardelegensis opidorum consules, Scabinos et omnes uniuersitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et subjectionis ab eisdem extorquendum, in jus euocauimus ad ciuitatem Neuenburgensem coram judice et conseruatore nobis per sedem apostolicam deputato, pro hujusmodi jure nostro ac nostre ecclesie eosdem ibidem impetentes, a qua quidem impetitione per meram compositionem recessimus et recedimus, Dimittentes quoque predictum principem, opidanos et uniuersitates memoratos ac omnes alios, quorum interest, ab hujus causa omnino liberos et solutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores suos, de quibus sibi in causa appellationis hujus in curia romana prouiderunt, ad partes poterunt reuocare, nostrisque dabimus in mandatis, quod a litibus hujus cessent penitus et desistant, Presentium nostrarum testimonio literarum, quibus nostrum sigillum in euidentiam premissorum est appensum. Datum Magdeburg, anno domini M°. CCC°. XXXVI°., in crastino B. Laurencii martyris.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathsarchives No. 68.

CXXV. Das Domcapitel zu Magdeburg hebt nach dem mit Herzog Otto über seinen Anspruch auf die Altmark geschlossenen Vergleiche den Rechtsstreit auf, den es gegen den Herzog und die Altmärkischen Städte bei der apostolischen Curie anhängig gemacht hat, am 12. August 1336.

Nos Hinricus, dei gratia : . . prepositus, Johannes, eiusdem gratia decanus, Totumque [illegible]pitulum recognoscimus publice in hiis scriptis et ad noticiam [illegible], cupimus peruenire. Ad perpetuum commodum et

vtilitatem rei publice ac pacem terre generalem ſuper omnibus diſſenſionibus ac gwerrarum diſcriminibus, inter Eccleſiam noſtram predictam Magdeburgenſem et Inclytum Principem dominum Ottonem, ducem Brunſvicenſem, iam dudum duratis ſumus cum eodem principe penitus concordati. Verum quia eundem principem, necnon Stendalgenſis, Tangermundenſis, Oſterburgenſis, Gardelegenſis ac Saltwedelenſis opidorum conſules, Scabinos et omnes vniuerſitates opidorum eorundem propter jus fidelitatis et ſubiectionis ab eiſdem extorquendum ad ciuitatem Nuenburgenſem coram Judice et conſeruatore, nobis per Sedem Apoſtolicam deputato, in jus procurauimus euocari, pro huiusmodi jure noſtro ac eccleſie noſtre memorate ibidem impetentes, a qua quidem impetitione nomine noſtro et eccleſie noſtre per meram compoſitionem receſſimus et recedimus, dimittentes quoque predictum principem Ottonem, opidanos ac vniuerſitates memoratos necnon omnes alios, quorum intereſt aut intereſſe poterit, ab huiusmodi cauſa et lite omnino liberosque ſolutos, eorundem libero committentes arbitrio, quod procuratores ſuos, de quibus ſibi in cauſa appellacionis huiusmodi in Romana curia prouiderunt, ad partes poterunt reuocare. Noſtrisque eciam dabimus in mandatis nomine Eccleſie ſepedicte, quod a litibus huiusmodi ceſſent penitus et deſiſtant, preſencium noſtrarum teſtimonio literarum, quibus ſigillum noſtri capituli in euidenciam premiſſorum eſt appenſum. Datum Magdeburgi, Anno domini M°. CCC°. XXX°. ſexto, feria ſecunda proxima poſt diem beati Laurentii martiris.

Nach dem Originale des Stendalſchen Rathsarchives No. 69.

CXXVI. Markgraf Ludwig beſtätigt die vom Herzog Otto von Braunſchweig vorgenommene Beleihung Stendalſcher Bürger mit Hebungen aus Klein Schwarzeloſen, am 15. September 1337.

